Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De verbo mirifico

Reuchlin, Johannes

[Basel], nach 21. Apr. 1494

urn:nbn:de:bsz:31-272239

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

~~Pc 424~~
×Pc 41

1 in Pc 41 H. *7526 – AN 397
2 in Pc 41 H. *12924 – AN 398
3 in Pc 41 H. *13880. – AN 396

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

pergam ad reliquos Germanos. Quorum princeps fuit Capnion. Vir magnus sane, sed oratio redolebat suum seculum adhuc horridius impolitiusque. Qualis et Iacobus Vuimphelingus et si qui sunt huius similes, quorum opera tamen non parum utilitatis accessit Germanicae studijs. Quamquam hic in nepote suo quodam modo repubuit Iacobo Spiegellio.

De Verbo Mirifico

In laudem disertissimi atq; trium principalī linguarū peritissimi uiri Ioannis Reuchlin Phorcensis: librorūq; quos de Verbo Mirifico nuper edidit: cōmendaticia Conradi Leontorij Mulbrunnen̄. Epistola.

Conradus Leontorius: Iacobo Vinpbelingo. S.P.

Q̃ primum a te Moguntiaco discessi: statim in meipso sum expertus uulgatum apud Gallos nostros ,puerbiū: Nusq̃ cum amico satis nec præsens: nec absens. Præsens enim cum essem: nō satis te pro nostra amicitia sum usus: qd̄ amātibus omnib⁹ accidere solet: qui in digressu sentiunt se plæraq; omisisse: quæ se facturos aut dicturos animo destinauerāt. Sed quod omisi: resartient litterulæ: quarum cōmercio utinam sæpius tecū essem. Colloquebamur de libello clarorum uirorum domini Spanhemen̄. quem impressioni Basilæam datū esse dicebas. Interrogaui de doctore Ioanne Reuchlin: esset ne insertus: qd̄ ipsum cum subdubitares: negaresq; sum demiratus. Quem enim i omni genere doctrinæ hac tempestate clariorem existimare posses: si tibi penitus esset familiaris & notus: reperires neminē. Eū ergo non sine magna iniuria & iactura germani nominis præteribitis tuq; abbasq; tu⁹. Est enim triū linguarū peritissim⁹ interpres: Græcæ: Hebraicæ & Latinæ. Adde etiam si uis Gallicæ: quā Aurelianis dū iuris studio nauaret operā perdidicit. Transtulit plæraq; oratiōes adolescens: quarum aliquæ nisi fallor sūt Xenophontis in Socratis defensionē cōfictæ. Cōdidit carmina multa & iucunda: cōscripsit plæraq; epistolares disputationes: quas sentētijs Græcorū etiā hebræorū referfit. Vt autem hebræorū secreta dogmata penetraret: multis annis enixissime laborauit: atq; ita omnē eorum bibliothecam euoluit: ut quem hebræorū sibi opponas: nō facile reperies. Hac ingenij & doctrinæ fœlicitate & ubertate inductus: ad scribendū dialogum se cōtulit: quem Capnion: seu de uerbo Mirifico inscripsit: quo nihil unq̃ uidi: nec facundi⁹: nec mirabilius. In tris autem libros diuidit. Primus omnia secreta philosophiæ sub nomine Sidonij explicat. Secūd⁹: Baruchiā iudæū omnia illa secreta nomia & portentifica & alia multa hebræorū enodantem confingit. Tertius Capnionē: fidem christianā ex præscriptis duobus approbantē & demonstrantē inducit: Vbi omia uerba mirifica ad nomē Iesus ita applicat: ut illud ineffabile tetragramaton: iam effabile factum esse demonstret. Quē si legeris dialogum: affirmabis nullū: neq; philosophū: neq; iudæum: neq; christianū Ioanni Reuchlin iure præferri posse. Hunc talē non omnibus Italis opponere nobis fuerit perpetuus pudor. Quare mi Iacobe cum Augustam sim petiturus: & nesciam quo tempore Basilæā perueniā: uelim summa cura & diligētia scribas Ioanni Amorbachio impressori: ut in Catalogo: suum Ioanni Reuchlin Phorcen̄. locū assignet. Vale mi iucūdissime Iacobe lætus & fœlix. Spiræ. xj. Kal'. Maias. M. cccc. xciiij.

Capnionis encomium

Argm tit. d vō mirific

PRAEFATIO

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS IN LIBROS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO PRAEFATIO.

Rerum arcanarũ curiosi quidã exploratores camerarie Dalburgi: antistes Vangionũ sacratissime: quos & recõditæ uerborũ uires: & abstrusæ uocum energiæ: & diuini secretorũ nominũ characteres sollicitãt: ætate nostra (quãtum uidere mihi recte uideor) nõ parum secedere ab antiquissimis principũ philosophorũ uestigijs deprehendunt: & circa mirabilium effectuum plenissimas mysteriorũ operationes: sæpe multumq; aberrare: hac potissimum de causa qd uel caduca figurarũ obscuritate oblitterata uel deprauatione librariorũ peruersa & mendosa: ea sacræ illius philosophiæ symbola: & ueneranda supnaturaliũ uirtutũ signacula: nedum intelligi: sed nec legi queant. Quare tedio plæriq; ac inerti frustra defatigatione affecti: tam laudabile cõtemplandi genus: uel horrendo fugiunt: uel negligendo iandiu cœptũ deserũt. Vnde ductus ego incredibili quodã gratificandi studio: & nimiũ amore singulari: erga omnis bonæ artis columen: egregium Ioannẽ lapidanũ theologiæ doctorem: tam monastica Carthusiẽsiũ uita q̃ editione librorũ insignem: atq; primũ cuius ferulæ manus subdiderim in exercitamẽtis humanioribus instituẽdus. Addam adhuc & utriusq; iuriscõsultissimũ & politioribus litteris ornatissimũ uirum antiqua mihi obseruatum amicitia Sebastianũ Brant argentinensem: Et item ingenio præstantem & miro characterum artificio nobilem ac uarijs disciplinis eruditum Ioannem Amorbacchiũ: Vtrosq; in hominũ doctissimorum litteraria republica clarissimos: ut nescias fama ne gestorum: an ciuitate illustriores. Sunt enim nõ mediocri Basileæ inter summos ciues laude. Tantorũ igitur uirorum motus ingẽti amicitiæ uinculo: tantas ausus sum tenebras & tam obfuscata sacratorum: imo secretorum uerborũ latibula ingredi: & quasi de adytis oraculorũ & uetustissimæ philosophiæ penetralibus: exponere nostro sæculo quãtum nobis memoria suppetit: Vniuersa ferme nomina: quibus supiori ætate sapientes homines & miraculosis operationib⁹ præditi utebant in sacris: siue pythagorica fuerint & uetustiorum philosophorũ sacramẽta: siue hebræorum chaldeorũq; barbara memoracula: seu christianorũ deuota supplicia: quæ de illorũ libris atq; linguis: in hoc opere prompta cernere licet. Quod iccirco nomini tuo dedicauim⁹: quoniã sacra sacris debentur: & maxime sacerdotia sacerdotũ principibus: quali tu dignitate cæteris ante stas: non solum ob magnitudinẽ ditionis atq; potentiæ: cuius tu cumulatissime diues es: uerũetiã propter inenarrabilem uariarum litterarum peritiã: cuius testis est bibliotheca illa tua: latinis: græcis & hebraicis uoluminibus referta: Vn⁹ germaniæ nostræ thesaurus quo sum uti solitus semper pro animi mei sententia. Trium igit phi losophorũ: de Verbo mirifico: disputationẽ accipe: quos inter se (ut sectarũ cõtrouersia cogere debuit) altercantes finxi: quo magis elucescat occulta sacrorũ nominũ proprietas. De quibus & de tot numero atq; tantis: unum tandem supreme quidem mirificum beatificũq; nobis eligendi facilior præstet occasio. Et ut breui argumento rem omnẽ cognoscas: Sidonius de schola Epicuri primũ putatus: deinde inuentus in nullius uerba iurasse: omnifariã philosophus: cupiditate discendi peregre proficiscit: post multa ingressus Sueuiam: philosophos duos in oppido Phorcen cõuenit: Baruchiam hebræum: & Capnionem christianũ: cum quibus de uarijs disciplinis: atq; mox de ipsa diuinarũ & humanarum rerum scientia disserit: de opinione: de fide: de miraculis: de uirtutibus uerborum & figurarũ: de arcanis opationibus & mysterijs signaculorum. Hoc modo uniuersarũ gentium: quæ aliqua excellenti polleant philosophia: aut nõ

Io. lapidan.

Seb. brant

Io. Amorbach.

Argumentũ lib. de Vo mirifico

illiberalibus cerimonijs & sacrata nomina & consecrati characteres in quæstionem incidunt: fit enumeratio symbolorũ: a singulis pro suæ sectæ ritu diligenter: usq; dum Capnion in libro tertio: uix tandem ex omnibus sacris: unũ Ihsub nomẽ colligit: in quod omniũ sacroꝝ uirtus siue potestas refertur: qd̃ est semp & sup omnia benedictũ. At nũc ipsum Sidoniũ audiamus.

IOHANNIS REVCHLIN PHORCENSIS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO: LIBER PRIMVS.

SIDONIVS. Si qd est omniũ in natura humana uspiã amice Baruchia tuq; Capnion: uterq; gades atq; meta icredibilis desiderij: & asylum longe psequentis me admiratiõis meæ (uobis enim iubentibus & auscultantibus solis libet intrepide loqui) quod perpetuã nobis uoluptatẽ pariat: unũ hoc & omne ut opiner cõstat esse: nihilq; fere aliud q̃ noua quotidie ac nostro sensui pegrina quædam: uel alias alio tempore: seu aliter atq; iam pridem sensæ fuerint: res ipsas percipere: quod animũ nostrũ amœnitatis auidum: semp admirando quodã ostẽto: nuperrime ad experiundi allicere uoluntatẽ: & in opus quãtũcũq; arduũ propellere solet: quo facile crediderim ut non modo auitum genus meũ (quod plane fuit multis sæculis: atq; nunc omniũ rerũ peritia extat pcelebre) uerũ & uniuersam Sidona: unde mihi & nomẽ & origo est: atq; adeo totã patriam: uel iocũda nouitas: uel stupenda antiqtas: in q̃uis dulces: attamẽ duros labores incitauerit. Ab æuo nãq; soliti sũt Phœnices & uariarũ regionũ indagini: & nouarũ rerum studijs: supra q̃ dici possit indulgere: qui suapte diligentia primi litteras inuenerũt: quarũ beneficiũ apud græcos fortasse non ingratos uiros collocarũt. Et post exquisitã numerorũ rationẽ terras & cælos mensi sunt. Naturaliũ item & bellicarum artiũ expertissimi. Ad extremũ: semper ea gens & mores hominũ multorũ uidit & urbes: quæ res in maximã ei terraꝝ parti gloriã cessit ac præ cæteris ingens preconiũ. Pace enim ur̃a maiores ego meos nimis forsitan laudo: sed uincit amor patriæ: seq; nihilominus prodit ipsa ueritas. Nam & de atomis dogma illud antiquũ: cuiusdã mei quõdam popularis uiri Sidonij primũ fuit Mochi nomine: Idq; ante res Troianas: ut pernoscatis quãtum industria: quãtum ingenijs multorumq; negociorũ inuestigationib⁹ Phœnices præstiterint: quippe quod ne Lucano quidẽ historico magis q̃ poeta: clam fuit: ita canente: Phœnices primi famæ si creditur: ausi Mãsurã rudibus uocẽ signare figuris. Nondum flumineas memphis cõtexere biblos Nouerat: & saxis tantũ uolucresq; feræq;: Sculptaq; seruabant magicas animalia linguas. Eorũ ego monumẽta laudis & uestigia sequendi cupidus: ad quæ (ut natura fieri solet) me tandem duxit paterni quoq; sanguinis ꝓfluuium: iam annis non paucis: inter multa mari terraq; uersatus sum: optimos quosq; sermonũ rerumq; artifices quæritans: ut hinc quid diceret audirem: inde cernerẽ quid agendum sit. Nec enim patria solum mea: totaue tripolis uicinia cõtentus fui: recte diuersarum atq; potius uniuersarũ artium magistra: quãq̃ nunc barbarico cœpit ritu torqueri. Sed abij: excessi: euasi: erupi longius: post libanum & Syriam plus peragrãdo q̃ Menelaus ille: qui Telemachum & Pisistratũ hospites: uersibus istis de sua pegrinatione certiores fecit. Sum non pauca quidẽ passus: multisq; periclis Nauib⁹ adueniens octauũ labor in annũ Vsq; Cyprũ: post

Phœnicē Aegyptiaq; arua: Inde p Aethiopas: & Sidonios: & Erēbos: Ac Liby/
en: ubi cornigeri pabulant & agni. Sic mihi non defuit in tam longo earūdem
uiarū discrimine labor: quousq; relicta primū Britānia: deinde Gallia: tum Rhe/
no ductore in Germaniā iteri concessum est: ambos ut uos sapientes uiderem:
atq; probarē nō tam oculis q̄ auribus. Ego enim Plautinū illud ita cōuerterim:
Pluris est auritus testis unus q̄ oculati decem: in cognoscendis præsertim homi
nibus philosophis: quales accepi uos esse fama undiquaq; celebratissimos. Et ut
primū de te liceat dicere Capnion: quē patria Phorcensem: ex uarijs librorum
atq; tabularum tuarum inscriptionibus esse acceperā: stupenti mihi sæpius mul
to q̄ ulla de re alia: qd̄ philosophiā sylueſtris Sueuia funderet: Tū erant itineris
quidam comites abstrusarum artium mecū studiosi: qui responderent: nō fore
creditu difficile: asperitatem eam: posse quādam præstantem indolem gignere:
cōmemorantes Ratispontanum quondam antistitem: græca lingua Polyphe/
mum: Gentilicia uero Albrechtum cognomento magnū: qui non tantū Aristo
telem: sed & alios peripateticæ philosophiæ sectatores primarios: superare ui/
sus sit: tamen in Sueuia & ortum & altum. Quod ego ipse ita fuisse cognoui. Le
geram enim iam aliquot insignes libros: ab eo uiro latine conscriptos: ob singu/
larem eorum excellentiam in græcam linguam præter solitum traductos. De/
nique non uanas: non fragiles credendi rationes in medium adduxere: quod
uestrates alio facile migrent: & propter uictus tenuitatem: & propter agrorum
colendorum molestiam: & propter inopiam pecuniarum. Iungam ipse denuo
quod ea regio nequeat abundantibus esse mericibus assueta. Iccirco migranti/
bus Sueuis: arbitrabor optimorum præceptorum semper copiam affore: quo/
niā ad optima quæque loca migrandum sit ijs qui sterilia fugiunt. Itaque quod
doctrina: eloquentia: cōsilio polles: non inde est quod ex sylua natus sis. quam
quondā aut Bacenas aut orciniam: nunc nigram uocant. Sed ut ex tuis audio:
quia nō modo antiquam Parrhisiorum Lutheciam: uerūetiam pene uniuersa
Galliæ & Germaniæ: nō nulla Italiæ gymnasia: Romamq; caput studiorū per/
lustraueris: Quāq̄ uidere mihi: uideor aptitudinē Phorcensis agri: non nihil in/
genijs indigenarū conferre: idq; uerū esse: litteratorū hominū ingens numerus
inde genitorum facit. Non enim multo minorem genitalis conditionis uim ha/
bet patria q̄ pater ipse: si Porphyrio creditur. Habetis sermonem bene longū
aduenæ hominisq; peregrini: qui de uestra regione disserere conetur. Sed ut
eius me loci: unde alteri genus: alteri fuga est: haud segnem putetis indagato/
rem esse: Commodum utique fuerit: ne obmittam quidem hoc ipsum: quod in
Phœnicia de monumentorū ueterum doctissimis autoribus cōpertum habui.
Nam in Troiæ olim non tam bello q̄ pugna: constat Phorcyn iuniorem: Phry
gij exercitus ducem fuisse: Homeri testimonio: qui in nauium enumeratione
sic ait: Phorcys ille phrygū ductor fuit Ascaniusq;. Aduersa itaque fortuna dū
Ilium caderet: coacti sunt qui uitam seruassent: ex innumeris pauci superstites:
alias sibi sedes quærere: alia regna sperare. Igitur Aeneas cū Ascanio periculo/
rumq; socio Phorcyde: q̄ plurimis etiam reliquis Italiam petunt. Sed Ascanius
cum sub Albano monte oppidum conderet: & quisque sibi manendi locū alius
alibi destinaret: Is se demum Phorcys iunior: superioris Phorci qui Sardiniæ
Corsicæq; rex: ab Atlante quondam uictus: & in mare submersus perhibetur:
ex Euryale nepos: per Italiam & Insubres: Germaniam ingressus: & traiecto in/
genti lacu inter Istri & Rheni fontes: per faciliora loca montanasq; planicies
aduersus solem occidētem tendit: Vbi fluuium offendit limpidissimū & pisca/
torium: eiusq; in ripa imbecille tugurium. Ad quod: se lassum trahens uestigiū:
senex quidam corripuit: grauatus annis & totus baculo incumbens: qui cum

Capnion

Albert Magny.
πολύφημος famosus, celebratus fama, gravitate, illustre. a.

Libri aliqui Alberti Magni in Graecam linguam traducti

Barenc
Orcinia
Nigra } de Sylua

Phorcensis agri aptitudo

grauatus annis & totus baculo incumbens

Phorcyn in tam deserto nemore: cum tanta familiæ copia incedere uidisset: exterritus: parum abesse putabat quin spiritum omnē emitteret. Phorcydi autem quærenti quid hoc fluentum uocaret: Senex ipse respōdit: Aeneas nomē esse: Tū attonitus eo nomine Phorcys: uersaq; ad flumen facie: mox subintulit: Tu ne ille Aeneas: quē Dardanio Anchisæ Alma Ven⁹ Phrygij genuit Simoentis ad undā? Quos uersus posthac Maro Virgilius in suā Aeneida trāstulit: peregrina uetustate delectatus. Hic itaq; sumpsit omen & sortem aduena: manendum sibi fore: cœpitq; multitudinē suam hortari ne diuinum oraculum cōtemnerent: quod in Troiani antistitis nomine deprehendisset. Nam quibus Aeneas iandudū haud modicis interuallis eēt relictis: eis iam sese liquido alter Aeneas ostēderet. Dux igit̄ Phrygius: & animo & more regio: cūctus iussit ut quātū quiq; conari possent: arborum undique roborib⁹ erutis: ex deserto campestrem agrum efficerent. Quo in loco breue oppidum & arcem extruxit: quā de suo & aui nomine: Phorcen appellauit: tantū extat ab illo grauissimo & sanctissimo atq; omni laude & honore dignissimo uiro Aeneas dilectus: ut ad solā uocē: quia fluuius Aeneas diceret̄: sedendum ei quasi ad perpetuum Troiani Aeneæ monumentū eligeret. Accessu itaque temporis: cum de mediocri familia: populus copiosus fieret: & cœptæ habitatiōis angustia: uicinas syluas cædere: arua colere: uicos ædificare: ac urbes educere cogeret: aiunt illum præter tam rustica q̄ urbana: multa etiā alia istuc oppida fundasse: quorum singula nominibus singulis tam matris q̄ materterarū ad æternam prosapiæ memoriam notauit: quæ partim edax abolere uetustas: partim cōmutare barbarorum immodestia nititur. Nam quod quondam Euryale: iam Aurelium: quod Stheno antea: nunc Sthein: quod Scylla: Scell dicitur: quod olim Medusa: id superiori ætate in nouam arcem cōmutatum est. Sic Gorgoneæ Phorcynides (quarum lata ē fama & uetustissima cōmemoratio) fertili hac gleba: hoc situ loci amœno hui⁹ oppidi Capnion: id est ortus tui sulco: in sempiterna omniq; æuo duratura hominū memoria conseruant̄: Et ne deesset quoq; posteris: Ascanij socij reducis atq; collegæ sui diutinū monumētū: cœpit etiā ei⁹ urbis cogitatione: quā idē sub Albano monte sulcabat in orbē: ipse sibi quiddā exædificare: quod pari nomine longam Albam uocauit: Id nomen hodie permanet a Phorce intra scd'm lapidem. Ita uidistis originis uestræ tabellam me pingere Eudoxi more: quasi aliquam nautarū chartam: quatenus eo cognitionis nos ducat: credi posse tantos uiros in omni doctrina ornatissimos: quāq̄ diuersæ sectæ: tamen uno cespite natos: quorum cōuersationem plus q̄ aurum: argentū: uniones: & omnia pretiosa: iandiu singulari desyderio quæsieram in his sentibus & saltibus: in hac ipsa Sueuia inueniri. Nunc quid huc accesserim: animū aduertite. Post loquēdi: dicendi: sentiendiq; artes: quibus sub ferula sum initiatus: deinde post disciplinas numerandi atq; metiendi: quas liberiori spiritu hausi: ducebar admiratione rerum tam in terra q̄ in æthere ad naturalia documenta: quibus omnē uitæ meæ cursum cōsummare statueram: Quia de moribus (quam partem aliqui philosophiæ putant) ego parum existimabam dandum opere. Neq; illam nimia ingenij occupatione dignā arbitror: qd̄ usus ipse moralis: obseruatione consuetudinis: & cōmuni uitæ cōuersatione constet: quam minæ blandimentaq; pueros: uindicta maiores doceat: non nihil etiam natiua uirtutibus ipsis industria tribuit: quæ doceri studeriq; nequeuūt: sed ut ut expostulat cuiusq; regiōis institutio: inualescunt. Vnde uidemus id quod hic uirtus dicit̄: alibi uitium haberi pro incolarū opinionibus. Sic ius esse aio: nihil aliud q̄ quod homines uolunt. Ciuilitatē itaq; iurisq; prudentiā: in sola uulgi aut iudicū persuasione contineri: mea sententia est: siue tu id oratoria eloquētia: seu muneribus aut blāditijs effi-

cias:dūmodo mulceat qui iuri dicendo præest. Apud Vlpianū: absq; cōtrouer/
sia uirū cōsultissimū:legitur Barbarius quidā Philippus:cū seruus fugitiuus esset
Romæ præturam petijsse: tum prætor designatus: & prætura tādem functus
est:receptūq; fuit:nihil eorū reprobari:quæ seruus in tātæ dignitatis uelamēto
gesserat. Idem grauis autor de statu hominum: hæc posteritati scripta reliquit:
Ingenuū accipi debere: etiā eum de quo sententia lata est: q̄uis reuera fuerit li/
bertinus:quia res iudicata ꝓ ueritate accipit:Et Paulus Romanorū peritissim⁹
iuris:ait:Hodie ꝓpter usum imperatorū:si in argēto relatū candelabrū sit argē/
teum:argenti quoq; esse: nō aūt supellectilē:quoniā error ius faciat. Quod igit
uel populo uel principi seu regi: hoc est iudici placuit: tum per cōsuetudinē: tū
per cōstitutiones legis habet uigorē. Nā ut Iulianus inquit: Cū ipse leges nulla
ex alia causa nos teneant:q̄ qd iudicio populi receptæ sunt:& populus lege re/
gia omne imperiū & potestatē in regē cōtulit:liquido apparet omnē iurisprudē
tiā ex uoluntate hominū sola pendere: quæ si est suffragatrix bonorū & malorū
subiugatrix:bona res dicit:& publica & priuata. Sin aliter:cōtraria:Propt iniq̄
em quæ populo uel probāte uel tolerante fiunt: Hesiodus in operū & dierum
libro:cum multa de regibus & iudicibus iusticiaq; scripsisset:tandē uoluit plebē
sæpe luere peccata regum:id est iudicū: Vniuersos quippe iudices:nō solū ipse:
uerūtiā & Homer⁹ & cuncta quidē antiquitas: reges nominauit:quorū insigne
iurisditionis sceptrū geritur: Cui⁹ teste fuerit aduersum Agamemnonē Achil/
lis nobile illud iuramentū sex aut septē Iliadis uersibus explicatum: Non apud
imperitos:sed ut ego arbitror & mecū longe plures:in hominū doctissimorū &
humanissimorū cōspectu loquor: quos non lateat: tam celebrē illā & uulgatam
iuris exercitationē:& a quæstuarijs ingenti precio licitatā:& a cōtrouersiarū cō
sultoribus plusq̄ diuinā prope habitā:nullius uel mediocris momenti: quasi ar/
tem aliquā sellulariā:aut cerdonicā rectius estimari: præsertim homini libenter
ad res altas & dignissimas summa laude intendenti:ac non potius fragilia:cadu
ca:fluxa & inania:gloriæ:pulchritudinis: diuitiarū:ætatis ludibria quælibet ad/
miranti. Citabit (si uultis) isti sermoni grauis & sanctus testis & autor ualde bo/
nus Cicero: qui ante tribunalia defendere ausus est meam in ea causa opinio/
nem:etiā auscultante & inuito Seruio: qui se tum aliquem doctum in iure ciuili
putabat. Oro te Capnion: quietiā in eiusdem professionis officina sudasse usq;
ad coronā & laurum diceris: Quod ornamentū: quæ dignitas:quæ gratia:quæ
admiratio sita est in eo studio:quod tam tenui hominū opinione pendet:in sin/
gulis lr̄is atq; interpunctionib⁹ uerborū occupata: qd omniū factionū autoritas
& iniuriarū robur:& iurgiorū incendiū: & iniquitatis fomentū esse conclamat
ab omnib⁹: non dico plebeis tantū: uerūetiam nobilib⁹: quod solū inania magi/
stratuū nomia: & quotidiano timore plenissimos honores mercēnariaq; lucra:
& diuitias nemini sapienti appetendas:sibi metā figit:& ꝓpterea multorū inimi
citias suis cultoribus aperte conciliat:quib⁹ tot Antonij:tot Catilinæ ob os uer/
sant: & animū quietis appetentē nō sinūt esse quietū? Deinde non est difficile
nosse:qd ab omnib⁹ seruat:qd uero nō uicatim obseruat:id nō esse ius pbibēt.
Cur ergo admirabor tantopere:qd mecū qlibet lanij:coci:sartores:piscatores:
aucupes:uenatores nouerint? Magnū uobis ne uidet scire nomē cuiusq; legis
& ad omnē euentū applicare? Cur nō maioris estimabitis unguētariū:quē a re/
ponēdo apothecariū uocāt: scire uniuersa tabernæ suæ uascula:pyxidas:urce/
olos:pateras:ciathos:phialas: aromata:pigmēta:pharmaca? Aut sutorē memi
nisse quālibet formā cuiq; pedi addere: simul & subulas quoq; acus:forfices:di/
gitalia nō obliuisci? Quæ oia usus:exercitatio:necessitas & urgēs i reb⁹ ægestas
edocet:& q̄nq; horū filia:fames bruta cogit: Quis expediuit plithaco suū chære

picaſq; docuit noſtra uerba conari? Magiſter artis ingenijq; largitor uēter: ne/
gatas artifex ſequi uoces:ut ait Satyrus ille. Igitur qd non ꝓpter ſe diſcitur: ſed
ꝓpter diurnū uictus humani cōmerciū: ꝓpter terrenas cōcupiſcētias:humanæ
menti extraneas: quo nā id ego pacto philoſophiæ ſacratiſſimæ tanq; membrū
adiungā:ſine quo manca uideri poſſit:ut qui pede caret claudus nominet:& q
lingua mutus? Omitto hæc:neſcio enim quæ procella:quis me fluct⁹ huc deri/
uauit. Redeo unde digreſſus eram. Nam omnē ego uitæ meæ curſum in con/
templatione rerum naturalium cōſummare ſtatui: ex qua ſola oritur quā uere
ſcientiam dicere poſſumus. Cætera enim aut inſtrumenta ſunt ſciētiæ: aut ſup/
putationum diſciplinæ:aut cōmunis eſtimationis uſus: aut figmenta cogitatio/
num:de rebus quas abſq; corpore ac materia ſubſiſtere opinantur:& proptera
ſimplices nominant:eæ cū nō ſint uſq: tamen eſt genus hominum qui non ſati/
antur de rebus ſenſui noſtro ſe offerentibus ſcientiam abſumere: quæ falli falle
req; non poteſt:ſed onerant mentem cogitatione quorūdam tenuiſſimorum
flatuum:& ſeparatarum formarum: quæ quoniam in natura nō ſunt:ſed ſupra
naturam eſſe putantur: iccirco metaphyſica uocant. Hæc ego non eo conſilio
diſputo ut homines eruditos redarguam: quāq; reprehendendi uidentur: ſi ri/
tum ſciendi quo fonte hauriatur: & qua ſemita procedat: æqua lance pōdere/
mus. De quo Ariſtotelem tuum loqui ſinas optime Capnion:in cuius te palæ/
ſtra plurimum exercuiſſe atq; inde gymnici certaminis exacto tempore: inſi/
gnem tiaram:& aureos annulos te tuliſſe ferunt. Nam Barucbias hic magis(ut
audio) Pythagorā ſequi dicit: & ſi quis alius uixit antiquior Magus. Stagirites
itaq; illæ in reſolutorio⁹ poſteriorū libro ſecūdo:ad extremū prope:in hanc ta/
mē ſententiā expoſuit:quæ ut arbitror non nihil huc quadrant. Audite ambo:
ſi forte latine ſatis explicare poſſum. Eſt enim(ut ſcitis)& græce nimiū ſentico/
ſus Ariſtoteles & umbroſus & etiā ſcaber:nec niſi a ſuis uoluit intelligi. Verba
illius ſunt huiuſcemodi. Ex ſenſu pullulat quā dicimus memoriā: ex memoria
uero ſæpius eiuſdē rei obtenta:naſcit peritia. Plures enim numero memoriæ:
una eſt peritia. Ex peritia autē uel ex toto in anima quieſcente uniuerſali uniuſ/
cuiuſdā de pluribus abſumpti: quod quidem in ſingulis unum inerit illis idem:
artis principiū oritur & ſcientiæ. Audiſtis Ariſtotelē:cui haud abſimile Afrani⁹
quōdā poeta & lepide & prudēter: nec min⁹ uere:in libro cui Sellæ inſcriptio
eſt: de ſcientiarū ſcaturigine prodidit hoc uerſo. Vſus me genuit: mater pepe/
rit memoria. Igitur cū ſcientiā adepturos uti oporteat artubus & ſenſuū inſtru/
mentis:ſine quibus ignorare cōtingit uniuerſa. Nec enim cæcus colores nouit:
nec ſurdus uerſuū mēſuras aut citharæ modū: Iam erit neceſſe: res ſolū corpo/
reas nos poſſe cōprehendere:quādo de corpore id quod tenuiſſimū eſt:perpe
tuo quodā fluere manat ad ſenſuū noſtrorū foramina:deinde idipſum iugi mo
tu remotoq; ocio: ipſa in ꝓbalamū ſuū imaginatio introducit: in qua rerum for/
mæ in hominū intelligentiā reſplendent: ut ab unda ſtante radius in pupillam
flexus:quæ omnia corpora ſunt & corporū fluores. Vnde mihi rectius Empæ/
docles dixiſſe uiſus eſt:quod ſimili ſimile cognoſcim⁹. Nec mora nec requies in/
ter datur ulla fluendi:Perpetuo quoniā ſentim⁹: ut ait Lucretius: quippe etēm
uarij ſenſus animātibus inſunt: quorū quiſq; ſuā proprie rem percipit in ſe. Cur
proprie? Nam cætera uel fallunt uel fallunt: quæ ſcire quis ſe putat nullis ſenſi/
bus adiutus. Sed Hercle uerentem ne peregrina uobis nimis ſuggeram: redu/
cere me conatur Epicuri ſagax interpres ille: Quin pars inquit horum maxima
fallit: propter opinatus animi quos addimus ipſi: pro uiſis ut ſint quæ non ſunt
ſenſibus uiſa. Nam nihil egregius q̄ res eſt cernere apertas. Id illi non conſyde/

rant: qui ſupra naturam ſcandare conantur:& in artum deſiliunt:unde pedem referre nequeant:qui præter tot nata in tanta huius mundi uniuerſitate : tamẽ etiam circa figmenta deſudant:circa nuda entia quæ uocant : & ſpecies rerum circa diuina immobilia: circa ſubſiſtentias : circa dignitates primas rationis:circa principia:circa ſubſtantias numinum ſimpliciſſimas:incorporales: extra cæli domiciliũ cõmorãtes:& illic optimã quãdam uitam ducentes: quæ omnia(poetis autoribus)ut auriũ oblectamẽta : & auiditatis noſtræ uariorũ negociorum ſemp cupidiſſimæ ſolatia:p ſingulari quadã & ſpecioſa fingẽdi arte ſunt reperta.Omnes itaq; & dij & diuina talia meditantes: ualeãt: cubitũ eant: dormiant noctem totã.Homero iudice:unũ louem ſomn⁹ nõ tangat : quaſi cætera ſupercæleſtia nihil ſint.Is ſolus eſſe poſſit:de quo tamen aperte nihil ſcimus:ſed tantũ ſomniare uidemur : quale ſatis ut mihi uidet prudenter idem poeta inſinuat: quãdo ſomniũ Agamemnoni miſſum:louis eſſe nunciũ deſcribit.Qnicqd enim de loue cognoſcim⁹ ſomnio ſimillimũ eſt. At qui de dignitatibus: de principijs quid ſentiamus ? quorum haud inepti peripatetici quos nunc & maxime omnis Germania & ſolos:ſpretis reliquis nobiliſſimis autoribus ſectatur: non eſſe ſcientiam contendunt : eo quod ſcientia & demonſtratione omni notiora ſint: quippe a quibus omnis ſcientia pendeat:& principij non ſit principium:quoniã ipſum eſt ante omnia. Nec tamen ignotum id eſſe decebit: quo cuncta luceſcũt apparent & ſciuntur. Vnde igitur principia cognoſcemus? Ex ſenſu. Audi Ariſtotelem rurſus tuum Capnion:in locorum primo uolumine: cum ait:Si cui dubium eſſe uelit:nix omnis alba ſit nec ne: Senſibus indiget. Igitur fides quæ ſcientibus nobis ex principijs eſt:in rebus naturæ ſenſuiq; ſubiectis cõſtat uniuerſa:quare nihil eorum quæ non fuerint corpori & materiæ connexa: intra ſcientiæ limites iure clauditur.Quod ſi hoc eſt : una ſufficiet rerum cognitio : quam græci phyſicam:uos naturalem philoſophiam uocare conſueuiſtis:quæ conditiones eorum quæ uere ſũt & ſine uelamine a nobis percipiunt : illorumq; cauſas:effectus:tempora:loca:modos:euẽta: integritates & partes inueſtigat atq; rimatur. Vnde tremor terris:qua ui maria alta tumeſcunt: Obijcib⁹ ruptis:rurſuſq; in ſeipſa reſidant.Defectus ſolis uarios lunæq; labores. Vnde hominum genus & pecudum ſimul imber & ignes: Arcturum pliadas hyadas geminoſq; triones:Quid tantũ oceano properent ſe tingere ſoles Hiberni: uel quæ tardis mora noctibus obſtet.Omnia ſpeculatrix naturarũ phyſica complectitur : quibus ſe toto æuo doctiſſimi quiq; oblectare ualeant mirandum in modum. Eius gratia:quod ex me audiſtis antea per multa loca & locorum pericula uerſatus ſum:ut miranda natura uiderem:& uel auditu caperem:in ipſamq; ſum Indiam profectus:ſi cernere poſſem quæ illic quãq; raro tamen aliquotiens planis oculis uideri feruntur monſtroſa & prodigijs ſimilia: Marticboras : aquam auream: Magnetem lapidem:Pantarbam: Pygmæos:Sciapodas: Tigridem: Phœnicẽ auem:Margaritas:& item Ichthyophagos.Deinde per Africam:ut gẽtem aſpicerem:quæ canem pro rege habet:cuius motu imperia ſibi augurantur. Mitto alia quæ ſperare:non autem intueri quiueram principes unoculos:Anthropophagos:Cynocephalos:quorum omnium maxima pars fabuloſa eſt . Fontium etiã & riuorũ:partim uera ſũt quæ dicunt:partim fictionib⁹ adornata.In aſphaltide bitumẽ reuera gignit.Sed qd nihil in eo iudææ lacu mergi dicit:pfecto ei⁹ cõtrariũ aliqn reperit.In dodone louis fons:& extinctas faces accendit:& accẽſas extinguit.Hammonis inter diu friget:noctu feruet.Inſula contra Tiniauum ſita:fontibus calidis ſcatet: in ipſo mari q & cũ mari creſcũt atq; minuunt: idipſũ cũ Tergeſtinis hominib⁹ expert⁹ ſum . Lynceſtis aqua uini modo temulentos

facit: Quin & apud uestrates Sueuiæ populos: super amnem philisium Geppi/
niæ oppidi: fons quasi sapore uini fluit. Ipse me nõ dicã dies: sed annus deficiet:
si naturæ singula miracula recensere cupiam: quæ tamen haud clam uobis sunt.
Etenim quod ex hominibus eruditissimis accepi: tantũ uos abundare uarijs &
litterarũ & rerũ experimentis: ut nihil uel tam minimũ: uel tam maximũ sit: qd
uos fugiat: aut locis uisum: aut libris cognitũ: eo facile conijcio frustra me mi/
de mirabilibus prædicare: cum qd ego pro nouitate stupeo: id uos p uestri fre/
quẽtia solitũ habeatis & quotidianũ: At ego sine cõtrouersia pro uno in Germa
nia miraculo: uos ipsos quæro: qua uirtute: qua doctrina uiros q̃ graues q̃ sanctos
q̃ omniũ optima de uobis iudicia: supra q̃ dici potest exuperantes: quale in ipso
ingressu: in foribus ipsis: & salutationis initio satis exploratũ teneo: quæ uultuũ
diuina figura: quis lepos in uerbis: quæ in me suscipiendo humanitas: q exactæ
sapiẽtiæ sæpe interiecti sermones: uniuersi mores perfectissimos uiros ostẽdũt:
Incredibile est q̃ gaudeam uestro frui colloquio doctisq; uerbis ornata & perpo
lita oratione: & dignis cognitu atq; auditu sententijs: ut tam liberali: tam muni/
fica uestri cõuersatione tot tantosq; : tot itinerib9 susceptos labores lenire atq;
sedare: uel potius omnino leuare possim. Tum copia dictorum percitus BA/
RVCHIAS: audi Capnion inquit: quẽ partũ Sidon edidit. Nam ita facile cre/
diderim: quæ is de Phœnicibus magna prædicat: isti modo uideant: qui iam to/
tum ferme orientẽ ignorãtiæ barbariæq; damnent: cum nescio quem Scytham
aut quos Sauromatas: aiant humanitatis & doctrinæ hostes: eam inuasisse regi/
onem atq; tenere: ut ne futurus sit superstes qui artes colat. Sed tu in quantos
me Sidoni stupores cogis eloquẽtia tua? At ille: Parũ extat in me Baruchia qd
tanti facis. Frustra enim extollere niteris: quæ ipse in me minutissima cognoui.
Et caue satis ne iuste: tam angustis uerbis meis eloquentiæ nomen indideris.
Quid enim hac nostra oratiuncula uix tandem expressimus aliud q̃ punicæ
gentis aptissimã ingenij conditionem: id quod cunctæ quidem historiæ tradũt:
& res propalam extat. Sueuiæ quoq; uestræ laudem attigi: cui9 ambo locuple/
tes orbi testes estis: neq; ullo præter uos spectaculo erit opus. Postea ut multi/
loquẽtis fert linguæ cõsuetudo: quidam furor excidit ore: uidelicet nisi naturã
sensibilem: nihil esse dignum arte seu disciplina. Et si non de nullis rebus (sicuti
Socrates estimabat) at saltem de his ipsis quæ naturæ subiacent: & sensui patẽt:
erit potissimũ id quod uocam9 scientiam. Nam de diuinis ego arbitror nullam
homini cõcessam esse ueram cognitionem. Quem cum sermonem Baruchias
interpellaret: Sidoni doctissime inquit: & ut puto uir omniũ optime: quod lon/
ge præstantius est: Ignosce. Nam innata mihi quædam prope loquẽtiæ temeri/
tas præuenire me facit Capnionẽ hunc ueneranda probitatis hominẽ: & litte/
rarum quoddam pelagus ac ætatis nostræ diuinũ specimen: obq; id in ista mihi
disputatione iure præferendum. Sed uetus mos est: ut q̃ quisque balbutit ma/
xime: tam gestiat loqui maxime: nec ullis patet dicendi campus magis q̃ igna/
ris: quod & mihi accidit: ut cum tu disseras: ego præ isto uulgatæ sapientiæ uiro
silẽtia rumpã. At feras æquo animo Capnion. Tum is: At tu perge libere: atq;
pertexe quod exorsus es. Itaque q̃ multa pergnauiter & diserte de multis reb9
dixisti Sidoni Baruchias inquit: supra q̃ nostrates philosophi solent: qui ut qui/
dã graculi: totos dies de omni negocio: uno tamẽ barbarico strepitu garrire nõ
cessant: nullis adhibitis ornamẽtis: nullo eloquẽtiæ flore: nec oratoris ullo mune
re: ut non de sacratissima phia: sed de prophano uulgi cõmercio: de sub hasta
pignorũ licitatiõe: de bacchantiũ tumultu: de leuissimoꝝ cõuitio: de baiaꝝ cõ/
tumelijs agi putares: quoꝝ ego cõsuetudine: sil'e quoq; contagiũ & parẽ labem
contraxi: ut haud iniuria mihi Tyndarei uersiculum obieceris: apud Horestem

Euripidis ſcriptũ: Viuas barbare: cum ſis uetulus inter barbaros. Tamen ut ut res eſt: libenter & fortaſſe conſulto miſſa faciam: quæ de patria: de te: de nobiſ/ ipſis diſſeruiſti cum hoc refellere noſtri amborum honeſtas: iſtud claritudo tua: illud orbis terrarum fama probibeat: augere autem oratione quæ laudi/ bus extuliſti: & non opis ſit noſtræ: ne noctuã Athenas ut eſt græcorũ adagiũ. Quod uero tantũm luminis in corporibus: tot & tam uarijs quolibet mometo exortis ſalo procellæ ac turbini ſubiectis: & materiæ ipſi corruptiõis matri quo/ tidianoq; motui & inconſtantiæ cohærentib⁹: tantũ firmitudinis: tantũ uerita/ tis reperiſti ut de nulla re niſi ſenſibili ſcientiam oriri credas: ualde admiror qui nihil æque contrarium exiſtimem ſynceræ perfectæq; ſcientiæ: q̃ hoc ſolum quod tu nominas ſenſibile. Puto autem id quod corpori apparet: quod ut aie/ bas ad ſenſuum noſtrorum foramina: quodam fluore permanat: non ſine tenu/ iſſimis quibuſdam uelleribus aera tranſmigrantibus: uſq;dum ad corpora no/ ſtra pertingant. Quis enim poſſet animi radius ſuper ea aera ſic mobili: ut ſunt naturæ omnes res quas extrinſecus homines ſentiunt: uel tranquille ſtare: uel inconcuſſe reflecti: ut tam illuſtre in nobis diuinæ humanitatis: aut humanæ di/ uinitatis opus inde confieret? Non eſſe nego quandam de rebus eiuſmodi do/ ctrinam: opinionem: iudicium. Diſcernimus ab aqua glaciem: & iudicamus iſtã fluidam: hanc diuturniorem: tametſi hanc ex iſta nudius ortam: & iſtam poſtri/ die in hanc diſſolui paratam. Sed quod cõſtans & perpetua de ijs ſcientia que/ at ſubſiſtere: id quidem pernego: non ſolum Pythagora duce: cuius me tu aſſe/ clam uoluiſti: quod in partem honoris libenter recipio: cum intelligam a Plato/ ne ſummo illo uiro & quaſi philoſophorum deo: Pythagoræ diſcipulos fuiſſe tanti eſtimatos: quod ſolius Philolai Pythagorici libellos: quãq̃ pauper: ta/ men decem milibus denarium mercari non deſtiterit. Sed annuit etiam Ari/ ſtoteles eo nobis in negocio: cuius patricinio fœliciter utimur. In primo nanq; poſterioris reſolutionis uolumine: cum pluribus egiſſet qualis in ſciendo cauſa nobis eligenda ſit: & quis ſcire probe: & quis docticulus apparere uideatur: ad/ iuxit. Itaque cuius ſimpliciter fit ſcientia: idipſum habere aliter eſt impoſſibile. Quod ne a Platone quidem alienũ extat: qui poſteaq̃ mundum in primum in/ telligibilem: & ſecũm ſenſibilem partitus eſſet: addiderat illum per mentẽ cum ratione iudicari: hunc uero per opinionem non ſine ſenſu. Vide quem tu Epi/ curum ſecteris: ex umbratili oratione ſuper puluerẽ cuncta ædificantem. Ego tam magnis patronis facile unicam. Etſi mihi turpe uideri non debet: a te tanto uiro: cæteris ingenio: doctrina: integritate: præſtante unici: refelli: coargui: qui noſtrorum ſæpe maiorum edicto: philoſophica (uel ſummotenus ut aiunt) ſum prohibitus attingere: Ac iccirco Germania: quãq̃ religioſos: tamen parum do/ ctos Hebræos nutrit quoniam ſtudioſis: potius abhorrendum a philoſophis: q̃ per incuriam aut potius curioſitatem in errores cadendum eſſe perſuadent: quorum eos potiſſimum credunr autores. Sed feci quod ſolent auidi: ut quãto deterrerer amplius: tanto haurirem feruentius: pro circũſtantiarum oportuni/ tate: pro tempore & pro meo captu tamen. Itaque & Ariſtotelem me quan/ doq; legiſſe fateor: & Platonem introſpexiſſe: unde illud quod ante tibi citaui prodijt. Et ſine ijs quoq; hoc idem me credere feciſſet atq; facit: tanta omnium etiam maximorũ uirorũ de rebus naturalibus cũ imortali quadã ſui laude ſcri/ bentiũ diuerſitas: in q̃ uerũ conſiſtere nequit. Omniũ primũ ut a riuulis ad fon/ tẽ pergam⁹: arbitror te: Capnionẽq; hũc noſtrũ: nõ inficias ituros: uniuerſam rẽ eo mõ cognoſci: quo conſtat eſſe. Nã ſin aliter: falleret opinio: quæ ſec⁹ atq; res eẽt: eã animi obtutib⁹ referret. At habet uniuerſũ: ut ſit: principia ſua etiã Epicu ro tuo & Lucretio autorib⁹: q̃ ait: Oia ſint a principijs ſeiũcta neceſſe ẽ. Et mũdũ

esse ortum:omnigenis ex principijs:Discordia quorum interualla:uias:conne/
xus:pondera:plagas:concursus:motus: turbauit prælia miscens. Igitur omnia
pariter ex principijs cognoscimus:ex quibus sunt:quorũ amussi ac regula pen/
det scientiarum demõstratio:tanq̃ penetralia ex foribus. Ad fores autem cum
erratur: quo nam ego pacto crediderim in penetralia recte secessum iri? At er/
rant qui uiam ignorantes: nihilominus pergunt. Ignorant qui circum compita
turmatim huc illucq; ruunt: haud uno itinere gradientes: ut quãtum ab uno:
tantũ a uero distent. Vis incipiam a Phœnicibus istis tuis:tum prima: tum tan/
ta:ut recte putasti naturæ totius inuestigatione præditis: atq; adeo a Thalete
ipso quãq̃ Mileti ciue:tamen & Phœnicũ nobilissimis Cadmo & Agenore pro/
gnato:qui ante omnes de rerum natura traditur disputasse: Et si Platoni credi/
tur:primus sapiens uocatus est. Quid tãdem post innumeros conatus suos: &
indefessa studia:quapropter & rempublicam & maximos magistratus abiecit?
Quid inquã iugiter scrutando inuenit: quod esset hui⁹ illustris machinæ quam
cernimus condignum fundamentũ? Audi quæ celebris excogitatio. Aqua est
principium uniuersorum. Ex aqua enim omnia prodierunt: & in aquam omnia
resoluentur. Nemo nõ dubitat: si maximã hanc orbis molem Thaletis iudicio
cõmittamus exædificandam: semper nobis illuuiones & undantes stagnatio/
nes fore timendas. quippe quod natura (istius sentẽtia) liquentem hanc aream
suis ædificijs subiecisse perhiberetur: quæ ad quemlibet aquæ motum ruitura
sint. Taceo q̃tum aduersus Architectonicæ artem molitur is:qui structuræ do/
mesticæ: palustrem regionem eligit. Sed intenderit quemlibet fluuium Tha/
les:seu (ut ego arbitror) influentiam alicunde quæ sequundarũ causarum etiã
fuisse possit exordium:quem Oceanum mihi nominare Homerus uidetur:ubi
cecinit:Oceanumq; deum patrem tethynq; parentem. Ab eo tamen ille com/
popularis suus Anaximãder:primũ doctrinæ eius auditor: deinde ĩ schola suc/
cessor:opera data longe abijt. Nam ex infinito cuncta pullulare statuit. Addã
& tertium Milesium:& eũdem gentilem tuum:quendam Anaximenem:istius
Anaximandri discipulum: qui desertis magistri præceptis:ex aere cuncta oriri
& in aera quoq; reuerti somniauit. Heraclitus Ephesius contemptor philoso/
phorum & irrisor Homeri: ab exhalantibus suis pulmonibus & calidis uisceri/
bus eructauit rem inauditam litterisque obscuris ac non uulgarijs scriptam re/
liquit: sterile quoddam elementum quem ignem uocamus: uniuersa gignere
atque rursus eo cuncta referri. Frustra igitur Romani Vestam celibatui præpo
suere. Successit Anaximeni:uir inclytus Anaxagoras:aliquãdiu ciuis Claçome/
nius:posthac propter philosophiam spreta republica:& omni dignitate popu/
lari:philosophus admodum insignis:multum ille cõsimili participationi tribuit:
quã & rerum generationẽ: causamq; putauit. Archelaus Athenienſis Apollo/
dori filius (Nam fuit & alius Homericus quidam miles) Is aerem infinitum:den
sum:rebus cunctis præbere causam ut existerent arbitrabat:& propterea phy
sicus dicitur. Sequutus est quidam sol:omnis arcanæ philosophiæ: a quo id ar/
ficium nomen primo accepit:Pythagoras Samius: quem non errasse: sed ab
alijs dissensisse:uere dixero. Ex numeris enim uniuersa ipse conficit. Eam disci/
plinam ex nostris didicit: uetustissimã quidẽ illam & Syriæ & Chaldæorũ:quã
inde rediẽs græcis posthac uerbis atq; sentẽtijs illustrãdo: admirationem suis
hominib⁹ de se præbuit:tantã:ut quo illum appellarẽt nomie dubitarẽt. Cesso
laudare principẽ hũc philosophoꝝ:qui priorẽ nõ uidit: secũdum nõ habet: &
qd par laus inueniri a me nlla queat: Et simul ne mihijpsi nimis blãdiri uidear:si
extollã eas artes & uirũ quẽ tu ipse me sequi ꝓdidisti: Epicurũ uni tibi laudãdũ

relinquo:quem miror Athenis: ac non potius ruri natum esse. Hic principia rerum affirmauit esse indiuidua corpuscula: & locũ inanem. Sed Empædocles ille Agrigentinus:quattuor elemẽta enumerat: ex quibus quodlibet nascatur: ignem:aerem: aquam & terrã. Principales uero potestates binas:litem & amicitiam: quarum hæc quidem res conciliat: illa uero dispergit. Initia rerum esse tria docuit Plato Socratis discipulus: Deum:rerumq; formas:& materiam. Ex his quod sentimus primum: resultare figuram: postremo cætera. Nouissimus Alexandro Macedonũ rege q̃ artis nobilitate clarior Aristoteles: ex materia ad appetitum formæ per priuationem excitata: res omnes concreuisse uoluit. Quicunq; scd'm hæc aliqua inuenire temptabant: priuationis loco motũ quendam statuerunt ad utraq; cogenda efficaciorem. Tu tibi Sidoni præsumes: in tanta tot amplissimorũ sua ætate hominũ(& ut consuetis tunc nominibus utar) tot sapientum & sapientiæ amatorum diuersitate ac contentione:certam ueritatis fidem posse constare:præsertim cum circa principia tam mirifico certamine pugnatur:ut nescire cogaris:cuinam ex illis palmam deferre:aut berbam dare iuste sancteque debeas? Nondum enim(ut ait Firmianus)descendit aliquis de cælo:qui sententiam de singulorũ opinionibus ferat. Sane qui tecum Epicuri mentem probent: inuenias aliquos: Ego: qui mecum pythagoræ dogmata non improbent. Sed abducit nos professionis electio: ut suspitio iudices amoueat:& refragabiles arbitri nõ admittamur. Quid igitur? Quænã dicamus esse rerum principia? Certe ingens certamen semper fuit inter clarissimos philosophos: & adhuc sub iudice lis est: quare cum initia nondum certa sint: quæro abs te: q̃ ueram de rebus scientiam habitur⁹ sis: quæ ex eiuscemodi ortæ initijs perhibentur? Scire nãque tum nos Aristoteles opinatur:cum rei principia causamque cognoscimus unamquãque & elementa. Nec solum id:uerumetiam & quod ita illius rei causa sit ac non alia aliter. Desine igitur in rebus caducis firmitatem quærere. Glandes porcis cõmitte:bobus fœnum: ranis & coruis sensibile tempestatis præsagium. Bruta mortales & internecioni subiectas res sentiãt: nos altiorib⁹ nitamur:& ætherna mente cõplectemur: nõ quæ fluxa & fragilia sub cælo: sed quæ sempiterna supra cælos sũt. Nec enim conabor nondũ tritis nostrorum hominũ auribus ea inculcare:quæ uix exercitatissimi quique intelligant. Dicerẽt nãque ab rebus uniuersis me segregare scientiam: quod quidem de naturæ mobilitati subditis uerũ dicerent: quippe dum pariter scientiæ perpetuitatẽ attendimus: naturæq; torrentẽ illũ & instabilẽ fluuiũ:cui⁹ nihil attingimus quolibet tempore nisi punctum. Adeo ne concionator noster desipuit: quisquis tãdem ille fuit:qui Ecclesiasten cõscripserit:siue Salomon: seu qd' multi famant Esaias ipse? Quid est inquit quod fuit? Id quod erit. Et pauloante: Generatio præterit & generatio aduenit. Etenim quomodo lauaberis: nisi ligna trãsmutentẽ? Quomodo aleris:nisi receptaculũ uitales sucos cõcoctis ac transmutatis cibis & potibus in membra quæq; dispertiat? Pecora stercus: stercora fimũ:fimus gramen:gramina lac:lac quoq; pecus:Cuncta sæculũ rotat:ob idq; a sequẽdo dictum:qd' sic nata propellit:ut fluctus,pcellam:& dies horam:& hora momentum. Absorbet hoc:ut egerat aliud. Fingit natura semp ne sit ociosa: tanq̃ ex cera modo equũ: modo leonẽ: & eo destructo hominẽ. Superstes est alter alteri⁹:semperq; secũdus priorẽ sepelit. Lucilla uerũ: post Lucilla. Secũda Maximũ:post Secũda. Faustinã Antoninus: post Antoninus. Hoc modo oia. Celer Hadrianũ:deinde Celer. Tota qdẽ Augusti aula:uxor: filia:posteri:maiores:soror: Agrippa:cognati:domestici:amici: Ari⁹:Mecenas:sacerdotes:medici. Toti⁹ aulæ domina mors. Hic tu mihi scientiã ppetuam statuas:ut cognoscam si uere scripserit quisqs de ijs historiã texuit. Hippocrates morbos curans

innumerabiles:mortu⁹ eſt.Heraclitus mundũ ignib⁹ cõplens: intercute aq̃ extinctus fertur.Democritũ occiderũt ex ſe nati pedunculi:pene animaliũ minutiſſima turba.Haud ſecus & in alijs anima carẽtibus.Nã bebenus in arborũ genere:modo lignũ:modo lapis eſt:Et penes librũ qui Alkorran apud tuos inſcriptus eſt:quærit̃ quid primo lignũ? Mox ſpirit⁹: aiunt. Quod uirga Moyſi:iam lignũ: iam ſerpens:ego paucis tecũ agam:Nec enim tu is es: cui manſa ut nutrices uagientibus pueris ſolent in os inſeram.Nihil eſt ſcriptũ:pictum: fictum:qd̃ te lateat:quare quid hæreã: cum cõſydero noſtra nobis ingenia ad naturã certiſſime ſcrutandã: uires nõ ſuppetere: quin ſemp eiuſmodi noſtræ cogitationi: ſcrupulus inijcitur.Neq; ſpina talo infixa:radicitus euellitur.An noſipſos iactabimus de omni ſpecie rem quãlibet informante ſine falſo iudicaturos:qui nec dum animã noſtram qua uiuimus: ſpiramus:ſentimus: intelligimus: & quid & quomodo ſit perfecte cognoſcimus? De qua re nõ erit pluribus tecũ opus: Tu ipſe noſti quot de eadẽ uarietates extent:quot laberynthi circũferant̃.Epicur⁹ enim quem uiſus es imitari:mixtam ex igni & aere ſpeciẽ:dicit eſſe animã.Inde calor motus & uenti cæca poteſtas.Occipit inde aer:inde omnia mobilitantur. Xenophanes ex terra & aqua.Parmenides ex terra & igne.Empædocles & Critias ſanguinẽ.Anaximenes aerẽ.Hipparchus ignẽ. Critolaus peripateticus:ex quinta eſſentia conſtare.Democrit⁹ ſpiritum mobilẽ atomis inſertum.Zenon: cõcretũ corpori ſpiritũ. Heraclit⁹ phyſic⁹: ſcintillã ſtellaris ſubſtãtiæ. Heraclit⁹ ponticus:lucem.Hippocrates flatum tenuem per corpus omne diffuſum.Poſſidonius:Idæam.Pythagoras & Philolaus:harmoniã. Xenocrates:numerum ſe mouentẽ.Plato:eſſentiã ſui motricẽ.Ariſtoteles:Entelechiã:nouũ nomen glorioſus inuenit: hoc eſt formæ perfectionẽ quaſi finem artificis: cuius ſermones de anima tanq̃ mortales refelli debere: maximæ uir integritatis & ampliſſima inter galilæos dignitate clarus:Gregorius ille Naçiançenus:in libro cõtra Eunomianos autor eſt.Ergo qui noſipſos ignoramus:quomodo reliquorũ ſcientiam adipiſci ſperamus? Quanta multitudo præſtantiũ ſcriptorum fuit: & tamẽ uſq; ad Hieronymi Auguſtiniq; tempora: nihil de anima certi quo pedem figere licuiſſet relictũ erat: quod (ut es mecũ omnis ſectæ curioſus explorator) ex lĩris inuicem miſſis:noſſe forſitan potuiſti.Nam de te Capnion:nihil eſt quod dubitem qui Naçareni dogma ſectaris: cuius bi ambo quaſi duo mundi lumina: ſtudioſiſſimi precones extitere.Habetis de rebus corporeis:ſiue corpori cohærẽtibus:quæ aliquo poſſint mõ ſub ſenſus cadere:ſententiã meã:qd̃ & ꝓpter celeritatem momenti quo perſtant: quas uelox naturæ torrens confeſtim rapit & alterat: & propter imperitiam principiorum: & abſtruſas cauſarum latebras oculoſq; ueſpertilionũ: & difficillimam inuentionem proximarũ conditionum quas paſſiones nominãt:humana de ijs ſcientia tam repente acquiri: & firmiter ſedere ac fideliter pmanere nequeat. Ante enim (ut eſt Heracliti ſentẽtia) res mutat̃:q̃ illi ſuas circũſtantias cogitatione adieceris.Cerno empædoclẽ i ætnæ flammã impetũ facere: & puto me ſcire qd̃ Empædocles ætnam inſultat: dum hæc uox inter dentes ſtringit̃:Empædocles nullus eſt:& tanq̃ de eo qd̃ nõ eſt: narrabitur fabula:dicentiq; plus credit̃:q̃ audienti demonſtrat̃.Etiã ſi uno momento pronũciare uelis qd̃ ſciri cupis: ut Lycophron Periandri & Meliſſæ filiꝰ qui ne longo tractu hominẽ eſſe albũ diceret:abſtulit ſubſtantiæ uerbũ: & albũ hominẽ momẽtanea ꝓpriõe appellauit.Profecto ne ſic mundi fluxũ & naturæ rapidũ torrentẽ euitaſti.In omni enim puncto temporis: præſens abijcimus: & ſicuti ſphæra uolucris nunq̃ uno ſtatu manẽt quæcũq; ſunt ingenti hoc cõcluſa mũdo:cuius ornatus:a quo græce nomẽ uſurpat:ſola quidẽ uarietas eſt.Semp igit̃ in motu cũ ſit: ſemp aliter res habet:& ꝓprietas altera alterã pellit. Ita neq;

radius noticiæ reflecti propter turbinē incōcusse poterit: neq; destinari mētis nostræ lumen impetu alterationis totiens interceptū: Quapropter Ecclesiastis sententiā iure pbabim⁹: cū ait: Intellexi qd omniū operū dei nullā possit homo inuenire rationē eorū quæ fiūt sub sole: Et quāto plus laborauerit ad quærēdū: tanto minus inueniat: etiā si dixerit sapiēs se nosse: non poterit reperire. Hoc ē qd tu Socratē existimasse dixisti: quāq; nō ille nullā uolebat haberi de rebus scientiā: qui de tot apud Platonē rebus disputat: sed naturalē quidē nullā: diuinā aūt plurimā. Esse deniq; artes in uita humana pcelebres: quibus agitent mortales: ne torpescant & simul ad rēpublicā priuatāq; non nihil cōducentes: fabrilē: ærariā: domesticā: ciuilē: militarē: rusticā: & quæcūq; similiter ab hominis prudenti uoluntate pendent: Etenim quæ cū ordinatiōe nostra fiunt: ualebūt cōstituti loco: in ijs transgressor errabit: qui præceptis p nos excogitatis nō obtēperauerit: quæ fortasse præcepimus: expimentis pluribus cōpulsi: aut quādoq; solo arbitrio. Vniuersa hæc uideri: nō sciri putabat Socrates: Quæcūq; autem forent necessaria: iudicabat ea solum a diuinitate petenda. Itaq; qui nihil se scire dixisse uulgo tradit: Is mihi nō natura sed diuino munere cuncta sciuisse uidet: quare suo merito ab Apolline non homine sed deo (ut Sidoni uos poetice persuadetis) sapientissimus est iudicatus. Suppeterēt nobis ueterum historiæ: nisi iam defessi estis: & maiorū nostrorū annales de gestis maxime memorabilibus & rebus lectione dignissimis cōscriptæ: mirandū in modū in eadē opinione adiuuarent: quæ (si rite meminim⁹) de quodā nos Hesiodo certiores faciūt. Is cum pecudū esset pastor in Boetia: & proxime quendā Helicona mōtem: orto sole gregē egisset: audiuit musarū concentū: dulci (ut par erat) modulamie: quippe musarū. Accedēs propius ubi illos diuinos uultus & uetustissimā dearū choreā aspexit: imitari cœpit carmen quo saltabant in numerū. Tum beniuolētes musæ: simplicitatē hominis rusticani nō aspernatæ: lauri ramusculos: & aliquot calamos Ascræo pastori obtulere: quibus acceptis poeticā repente artē adeptus est: nō natura sed deo. Nihil secus & apud Homerū ille Demodocus: & apud Cretenses Minos: quē ferūt a Ioue cūcta didicisse: cū esset ei cū deo in Ida mōte atq; sane in ipsius mōtis antro frequēs cōuersatio: Melesagorā Eleusiniū: Athenienses dicere solēt a nymphis doctū: & Epimenidē Cretēsem: longissimo quodam somno diuinit⁹. Fuit & in Proconneso philosophus mirificæ imprimis scientiæ: Aristeas nomine: cuius animā quandoq; corpus exire: uicissimq; post uisa longinqua spacia redire in corp⁹ rumor erat. Is quāq; innumerabilia sciuerat: tamen præceptorem non alium: q̄ diuinitatem habuisse creditus est. Sic noster Socrates uir apprime perfectus: & Apollinis (ut ante cōmemorauimus) testimonio ualde sapiens: tametsi a studio: cura & sollicitudine rerum naturalium abhorrebat: tamē nihil eum in natura fugerat. Idq; ei contigisse stoici affirmant haud humana puestigatione: sed deo assistēte: quem & ipsemet appellauit dæmoniū: siue uox ea fuerit quā audiuerit: seu species quā uiderit: aut aliud quippiā quo diuinū humanitus senserit. At uero a uestris ad nr̄a quæ fideliora: me iudice: sunt pergam⁹. Antiquitas ipsa cui⁹ sūmo semp in honore fuit autoritas: tum fama: tum litteris memoriæ prodidit: Gentem hebræam: maioresq; meos: uenerando cultu deum quēdam: cuius nomē (ne consuetudine uilescerēt) uulgo celabāt: multo itinere: annisq; supra quadraginta per deserta loca: per hispidas senticosasq; uias: per montes: per ualles: p aquas sequutos esse: qui tātis per eos paterno cum affectu comitarēt: & clemētibus oculis inuiserēt: dum illum sancte amarent obseruarentq;. Is itaq; deus: quocūq; tandem religioso cupiat nomie uocari: ad unū ex tanta multitudine hominū: & ingenti frequentia: unū inquā Moysen: in quo placuit crebra mentis deuotio: per nubem descendit: ut

ei septuaginta uiros adiungeret: qui & diuersa prudentia reipublicæ magistra/
tus gererent:& uarijs artibus quæ agenda forent pro causarũ statu explicarẽt.
Sed quoniam id industria fieri naturali nequiuit:eo qd supra contendimus:hu/
manã conditionem non esse rerum in hoc mundo tanta mutatione uolubiliũ
undiquaq; capacem: Iccirco de spiritu quem Moysi ante influxerat: etiam se/
ptuaginta patricijs dispensauit. Cunq; requieuisset in eis spiritus: prophetarũt:
nec ultra cessauerunt. De sellularijs quoq; artificibus:eodẽ modo sacra histo/
ria cõminiscit:Misit enim spiritum suum deus faberrimis hominibus Beçalel &
Aboliab: ut sapienter:intelligenter: & scienter opera cuncta facerent: & noua
quæq; reperirẽt sacrario sancto necessaria. Rursus feror ad uestros scriptores.
Quid em̃ de Tynico chalcidensi memoria dignũ: in Ione Platonis legit: Vnde
profecto mihi Nasonis hoc carmẽ ortum esse uidet: cum ait: Est deus in nobis
sunt & commercia cæli: Sedibus ætbereis spirit⁹ ille uenit? Quare Sidoni:tuq;
Capnion: concedam ingeniosis uiris in actionibus cautionem: circũspectionẽ:
prudentiam. In studijs: sagacitatẽ:sollertiam. In consyderatione rerum omniũ
docilitatem:artem:intelligentiã:opinionẽ. At uero de quibuslibet sensibilibus
constantem: puram & infallibilem scientiam homini negauero: nisi nõ humana
disciplina:sed diuina traditione iugiter ab uno: & item ab altero fuerit recepta:
quã nos hebræi Cabalam appellamus: id est receptionẽ. In qua maiores nostri
quibus fama sapientiæ nomẽ addiderat: præparatis se mentibus exercuere: ut
Abraham quisquis tãdem is fuerit: ut Symon filius Iohai:ut Abrahã secũd⁹ co/
gnomento Alaphias:ut ille Rambon:ut Racanatensis:& reliqui circa religionẽ
diuinã:circa instituta:circa solennia: ritus: phana:obseruationes sacraq; mys/
teria:multis annorum curriculis studiosi. Tum heus tu Baruchia SIDONIVS
ait: quot nõ lapides tantũ: sed & saxa ingenti hoc flumine sermonis tui uoluis?
Dispereãt illi maiores: qui te quodã ut inquis edicto a philosophicis prohibere
conati sunt. Nam quid futurũ erat de te:si philosophorũ penetrauisse libros fu/
isset concessum:cum nihil hac oratione tua copiosius unq̃:& etiã pugnatius au/
diuerim: ita ut quo tandem ariete murũ istum quem inanibus meis uerbis op/
posuisti:frangere queam:haud sim compos consilij. Nec me contra dimicatum
oportet: quoniã tantis ictibus ensem meũ obtuderis. Obmutescã igitur: si hoc
unum cõmonuero:graue hominibus fore:id quẽlibet ignorare quod uidet:qd
audit: quod tangit: Veluti Plautinũ illũ Sosiã: eo solo risum uulgi cõmouentẽ:
quod sese tangendo:uidendo:audiendo: ipse de seipso dubitet. Quis em̃ aspi/
ciens unq̃ niuem:eam atram dixerit:atq; ignem esse calidum quis non sensu iu/
dicauit? Quare si epicuro auscultabis: inuenies primis ab sensibus esse creatam
noticiam ueri. At quod diuina sciri ab hominibus contendis: id quoq; tibi haud
facile cõcessero. Sic enim dum a cognoscente res cõprehẽdit:diuinũ cũ huma/
no iungi cõfiteberis:quæ duo tam sunt opposita:q̃ quæ maxime. Diuinitas em̃
& initio carere & fine dicit:Humana terminis claudunt omnia. Eius aũt quod
finitur ad infinitũ(peripateticis attestantibus) nulla est proportio. Scite igitur
Lucretius noster:sic inquit: Quippe etenim mortalem æterno iungere:& una
Constare:putare:& fungi mutua posse Desipere est. Quid enim diuersius esse
putandum est: aut magis inter se disiunctum discrepitansq;: q̃ mortale quod
est:immortali atque perenni iunctũ? Ego uero etiã si fieri possit:tantã molestiã
superis nõ imprecabor: ut quolibet momento nobis mortalibus præceptores
assistant: & quod uix sodalem ausim: id deos rogem. At ego inquit Baruchias
Sardanapalum hunc latinũ tuum:quem cæteri Lucretium nominãt: suspicor
& de philosophia:& omni diuinitatis choro male meritũ: & si nõ moleste feras:
tam hic q̃ alijs plurib⁹ i locis sibijpsi cõtrouersum. Sed quod ad rem attinet tan/

gamus. Cum enim sacra magnæ matris Cybeles describeret: homiesq; ob id armatos currũ sequi affirmaret: quod putabant diuã prædicere quo præsidio patriam defenderẽt: ea tamen esse uana creditu: subiunxit his uerbis: Quæ bene & eximie q̃uis disposita ferant: Longe sunt tamẽ a uera ratione repulsa. Omnis enim per se diuũ natura necesse ẽ: Immortali æuo summa cũ pace fruat: Semota a nostris rebus: seiunctaq; longe. Nam priuata dolore omni: priuata periclis: Ipsa suis pollens opibus: nihil indiga nostri: Nec bene pro meritis capit: nec tangitur ira. Quo apparet superos nihil de sua clemẽtia nobis largiri: ne forte molestia negociorũ afficiant. At post: tertio libro sic ait: Dicendũ est deus ille fuit deus iclyte Memmi. Qui princeps uitæ rationẽ inuenit: eam quæ Nũc appellatur sapientia: quiq; per artem: Fluctibus e tantis uitam, tantisq; tenebris In tam tranquillo & tam clara luce locauit. Nihil sermo iste præ se ferre potest: nisi philosophiã esse spiraculũ dei: ac illustrationẽ diuinã. Id ille tãdem ipsa ueritate coactus fatetur: quod uix de suis manibus extorsimus: quod absq; cõminatione fidicularum expressimus. Taceo quia modo animũ esse mortalem asserit: modo redire ad cæleste principiũ: Atq; animã uerbi causa cũ dicere pergã Mortalem esse docẽs: animũ quoq; dicere credas. Alio in carmine ait: Deniq; cælesti sum⁹ omnes semine oriundi: Omnib⁹ ille idẽ pater est. Et post pauca cõcludit: Cedit item retro de terra q̃d fuit ante In terras: at quod missum est ex ætheris oris: Id rursum cæli fulgentia templa receptant. Adeo ne se incogitantẽ atq; impudentem nõ ueretur refelli: sed phaleratis dictis: sperauit nos fallere: uel saltem dubios reddere: & uelut ipsemet se prodidit: quasi musæo dulci contingere melle. Sed oro te: sine eũ inter poetas canere: non pulpito philosophoꝝ præesse. Q̃d si te aut quoslibet suis decretis: suis litteris: uel etiã Epicuri ut postrema ita impurissima factione permoueri putarẽ: uociferarer: & quãtum maxime possem cõtenderẽ: omniũ uitiorũ spurcissimã altricem esse hanc sectam: phanatico cuiusdã Leucippi somnio plantatã: postea Democriti autoritate irrigatã: excitarem omnis generis philosophos: tametsi ad extirpandã sacrilegã hanc gentem non adeo sit multis opus: neq; ualde sagaci ac claro ingenio. Tũ CAPNION mitte inquit maledicta: rem ipsam putemus. Equidẽ mihi uidere uideor: ambos uos altissimarũ rerũ exploratores: summis ingenijs: singulari copia & dicendi facultate præditos: multa splendide: magnifice multa: plurima sapiẽter ad rem qua de agitur cõtulisse: ac quasi de utriusq; uarijs mercibus nobilissimã degustationẽ præbere. Sed cum animo mecũ cogito: quid ipse ego ad uestrũ forũ: tantis litigatorib⁹ dignũ afferre queam: mei profecto me plurimũ miseret: tedetq; qui rusticũ nimis & illepidum sermonẽ eruditissimorũ auribus inculcare nõ dubitem: nisi hoc unum a uitio me liberet: q̃d consulto & data opera: me uestro cõsortio imiscuerim: ut cõparatiõe ruditatis: & imperitiæ meæ litteratissimorũ hominũ dignitas & gloria: multo acrius splẽdeat: ut solent candida inter multa nigra eminẽtius clarescere: & quodlibet sui contrarij præsentia distinctius apparere. Igitur age Sidonius inquit: obsecro te: scio & hunc Baruchiã mecũ: parce isti aeri: uel in re nõ opportuna. Quid enim abdicatione laudis: cui⁹ te arbitramur dignissimũ: opus est: Nouimus inter nos etiã pridem. Quare perge Capnion: & tuã nobis sententiã explica. Percõmodũ enim hic philosophiæ locus solitarios cõtinet: neq; ullo strepitu impediti: nos ab audiendo: tu a dicendo ꝓhibebimur. Faciã facile quia iubetis CAPNION ait: dum ineptias meas animo nõ molesto feratis. Et si me non fallit memoria: Hercle omniũ hostiũ numero cum castris ipsis relictis: existimo bellum inter uos duabus ex causis geri. Primum q̃d ulla de rebus tam supernis q̃ infernis nequeat humanitus acquiri sciẽtia: occasionem præstante tum humana imbecillitate: quãtum ad diuina spectat: tum

rerũ naturaliũ temporaria mutabilitate ac alteratione cõtinua: quod ad pfectæ scientiæ fundamentũ attinere putatur. Obstat & secũdũ quod neq; diuinitus etiam quicq̃ mortales sciant: ne intolerabili molestia per hominũ discendi cupidorũ quotidianos appetitus dij afficiant. Præterea uero potissimũ: quoniã diuinam cum humana operatione cõiũgere: quod in eiuscemodi scientia necessario fieret: nihilo secius extiterit atq; si concordi uinculo maxime diuersa connectere studeas. Totum hoc ut q̃ breuissime pro nostro captu explicem⁹: ponderanda uerbor̃ uis est: quibus ab ortu ferme usq; ad hanc uesperã digladiamini. Tractatio autẽ non admodũ ex occultis principijs erit: neq; non perspicuis rationibus (ut arbitror) ad credendum. Quid enim oculorũ orbes concauis in foraminibus frontis occlusi: aliud q̃ uidere desyderant: quod unũ & propriũ eorũ est solamẽ: sine quo certe spectaculi fructu: frustra sint & ociosa munera? Si uultis recordamini quale Phryx ille apud Euripidẽ haud inconcinnum plane carnem attulit. Quisquis inquit ille uir est: etiã si seruus fuerit: lucem tamẽ cernere gaudet. Quid illa cartilago: mollior ossibus: carne firmior: in hominũ auribus pẽdula flectensq; nõne uoces haurire cupit? Vnde & aures citato Virgilio dici putant: cum ait: Vocemq; his auribus hausi. Et ut cætera percipiendarũ rerum instrumẽta complectar: Quid aliud odora uis narium: q̃ olere? Quid lingua magis q̃ gustare appetit? Esca igit̃ qua oculus pascitur: color est. Sic auriũ sonitus: suaue olentia nasi: sapor linguæ: ac mollia quæq; tactus pabula fiunt. Quærã deinceps: nõ extet oculus: nec auris: neq; nasus: nulla deniq; lingua: nullus sensus: quid putas nobis cõmodi afferant color: uox: odor: acerbum: dulce: scabrum: leue? Nõne omnia hæc frustra in orbe sint: inania & nihili existimanda? Certe quidem ponite hoc e manibus: & apprehendite non arma sensuum: sed eorum uires ac potestates. Nisi enim illis acre iudicium adsit: indiscreta & confusa fient uniuersa: nec alterũ alteri propriũ obieceris: & oculus uocem uidebit: & auris colorem audiet. Oro te igitur Sidoni: iuxta Lucretiũ tuũ: An poterunt oculos aures reprehendere? An aures: Tactus? An hũc porro tactũ sapor arguet oris? An cõfutabunt nares oculi: gustum quoq; uincent? Non ut opinor ita est. Nam seorsum cuiq; potestas diuisa est. Quod Baruchias quoq; tecum: & omnes Academici Peripateticiq; respondebũt. At quæ nam eius diuisionis occasio est. Dicat Epicurus: Oculũ/similiter & cætera instrumẽta nõ cognoscere ipsam naturam & conditionẽ rerum. Quid igitur? Audite uersiculũ: Hoc animi demũ ratio discernere debet. Actum iam est. Nã ut color uisum pictura pascit inani: sic relucens in animo forma ueri: proculdubio pabulum erit rationis: quæ alterũ ab altero discernet: medio intercedente cogitatu: quã estimationẽ appellant. Recensebo causam omnẽ quã queo breuissime. Sensibilis quidẽ res undiquaq; simulacrũ de se propellit tenuissimũ & incorporale: quod a sensu facile apprehendit̃ propter amicã sensitiuæ potestatis hospitalitatẽ. Id cum eo loci diuersat̃ eminentiorẽ dignitatem mox adipiscitur: & præsentem rei subsistentiã abijciens fit idolum: retentis secũ cæteris circũstantijs. Tunc itaq; imaginatio quædã effigiem absentis simulacri suspicit: Idoli tandem conditiões: ipsa phantasia per quasdam apparẽtias & estimat & dijudicat: modo uere: modo fallaciter. Vnde solent equi sinistre discernendo laruas odisse: ac quasi futura nocumenta fugere. Haud secus atq; aues: quæ ficta in hortis agrisq; idolia male suspicantes horrent: & sæpe decipulas metuũt insidiasq; præsentiscunt. Posterius hæc inuolucra quãq̃ diligenter sublimata: tamẽ adhuc brutis appenditijs respersa: dignior quædam uirtus quæ ratio dicit̃ cribrat atq; librat: ab una propritate currens ad aliam. Quo plane discursu: in rebus quidem illud esse chrystallum affirmat: hoc uero glaciem: & inter gemmas disputat: electrum quãdoq; uitrũq; misceri: qua-

propter animaduertit hoc esse chrysolithũ: istudq dici resinam: illud uitrum appellari. In actionibus autẽ & negocijs: aliud esse turpe arbitratur: aliud decorũ. Ergo semper rimatur ratio: & diligẽti ac indefessa indagine: sensibilia scrutatur: prius a materia: nunc a præsentia rei denudata: adiunctis etiã intentionibus uarijs: haud ulli sensuum receptis: quæ tamẽ absq; sensibilibus innotescere nõ possunt: Vt cum Baruchiã hunc intueor: hominẽ statura mediocri: prolyxa barba: subtristi fronte: naso aquilino: palliatũ: circulatũ: & quod ait Satyrus: Obstipo capite & figentem lumina terræ. Murmura cum secum & rabiosa silentia rodit: Atq; exporrecto trutinat uerba labello. Inde auguror hebræũ esse: cui croce⁹ est circulus insigne: philosophũ quod pallio tectus sit: & pythagoricũ maxime uel alterius diuinioris sectæ: quod Saturnus arcanæ cõtemplationis autor: eiusmodi superficiei picturas procreare dicitur. Posthac mihi pro consuetudine gentis & professionis non ualde amicũ: nisi quãtum nos iam litteræ conciliant: tecto item gaudentem: & umbra: plurimaq; id genus: quæ homini accedũt uel uitij uel laudis indicia. Nec unq; cessat rationis scrutiniũ: sed ingenita est cuiq; sedulo quærendi cupiditas: tantisper dum sagax noticiæ appetitus circa optatã ueritatẽ: suo uoto minime frustratur: Quã & in omni arte inuestigant artifices: & deceptos quoslibet natura ipsa facit erubescere: quoniam illis inter uerum & falsum rectæ rationis defuerit iudicium. Deceptores quoq; naturaliter ut tales odimus: & omnes qui aliud sub lingua: aliud gerunt sub pectore. Nihilq; tam uerecũdum homines sibi ducunt q̃ errare: præsertim bono præditi ingenio: & qui animi uirtute pollent: quos ego quotiens de scientijs differendũ nobis est: solos esse homines: aio. Infantes etiã uix ab uberibus auulsi: de quauis re quam uident aut sentiunt: curiose interrogant: ut fateri nõ ab re liceat: ingenitum esse nobis inueniendi ueri amorem & facultatem. Neq; autem ad id dementiæ nos ipsos trahi uel saltem duci patiamur: ut naturam uniuersitatis: quæ uel Sardanapalo teste: omnis creat res: auctat: alitq;: cum alias nusq̃ egisse perperam uisa est: eam tamẽ hic aberrasse: ac talem nobis ueritatis auiditatem frustra impressisse putemus. Quẽadmodũ enim uane creatos fuisse oculos fatemini: si nunq̃ concederet lucẽ aspicere: sic & opinabimur de sancta sollertiq; natura: quæ mortalium animis rationem haud implantasset etq; tam uigilem percõctandi ueri conatũ nunq̃ inseruisset: nisi compertũ illi ante fuerit humanũ animũ posse ueritatem apprehendere: suamq; hanc tam nobilem facultatẽ: conditionẽ: uirtutem: potentiã: uel aliquando prodigere in operationẽ: reducere ad effectum: propellere in actum: iaculariq; in obiectum ei consentaneũ: & uicissim sui appetens. Est enim sic esca rationis ueritas: ut illuminat⁹ color oculi: & percitus odor nariũ: & cõsonans aurium sonitus. Ergo liquido apparet in hac mũdi structura quã cernimus aliquã triumphare ueritatẽ: quæ totiens rationem nostrã cõmouet: agitat: implicat: explicat: totiens inquietam: totiens insomnem miris modis sollicitat: non fortuitis aut alicunde aduenticijs: sed suis & proprijs & originarijs naturæ illicibus: quæ omnia cum nõ fiunt frustrã utiq; contingit ut ueritatẽ eorum quæ sunt aliquo tandem opportuno tempore amplexemur. Quisquis igitur: id quod est: uel suapte natura: uel diuino adiutus adminiculo uere comprehenderit: quare non illum eius scientiã sortitũ existimauerim? Ita enim sciẽtiam appellabimus: ueram apprehensionẽ rei. Hoc est quod initio dixi: ponderanda uerborũ uis est: q̃bus tantopere digladiamini. Qua in causa certe intelligi facile poterit: quod scientiæ nomen: uarie significat: ut sunt res multiplices quas sciri dicimus. Rerum autẽ de quibus colligere scientiam autumant: multi philosophoꝝ: maxime uero Platonici: binas esse naturas decreuere. Alteram quæ uideri oculis & attingi manu possit: prope ad omne momentũ alterabilẽ. Detur

enim uenia (ut ait Madaurensis) nouitati uerborũ: rerũm obscuritatibus serui/
enti. Hæc ipsa: cum eadem & una persistere nequeat: nihilominus a tali uirtute
animi hospitio suscipitur: pro modo rectius quo est: q̃ quo non est: qualis in ue/
ritate res est: id est mutabilis. Quã quidem mutabilis rei susceptiuã in nobis po/
testatem: quod æque inter nos posthac constare debet: opinabilem rationem
uoco. Vnde id progredit̃: qd̃ tu Sidoni: rerum naturaliũ & sensibiliũ scientiam
esse contendis. Et ego tibi assentior: quæ certe ut cognita mutant̃: ita & scientia
mutabitur. Nihil autem refert: hoc te scientiã nominare: an opinionem: quoniã
de negocio manifestũ est. Vultis uno uerbo dicam: Omniũ rerũ sub cæli domi/
cilio cõmorantium: non est humanitus quã uere scientiam uocamus: sed opi/
nio potius: Qd̃ si quãdo de his scientiam obtineri audiamus: semper tamen uo/
cabulum ipsum: opinionem designat. Alteram autem substantiarũ naturã asse/
uerant incorruptam: immutabilem: constantem: eãdemq; ac semper esse: quæ
non tantũ penetrabili cogitatione percipitur: uerũetiam mentis acie uidetur:
qualia sunt quæ nos uocamus diuina. Nam præcedentia plurimi appellant dæ/
monica: Vnde & plæriq; Platonem diuinũ: Aristotelẽ uero dæmonicũ cogno/
minarũt: propter utriusq; in talibus scribendi eminentiam. De his itaq; quoniã
supercælestia sũt: nec ulli usq̃ sensui obuia: Quis optimi uiri (Vos enim appello
Sidoni & Baruchia) quis inquã mortalium: præterq̃ diuinitus/ac nulla humana
uirtute: quãtulamcunq; tandem cognitionem obtinere queat? Nemo Hercle
nemo. Ergo ueritas inferiorum/rationis: Superiorũ/mentis: obiectum est & pa/
bulum & esca/ & uoluptas summa: quodlibet pro modo captuq; suo. Nulla ta/
men in orbisterrarum amplissimo spacio: nisi reuelatione diuina de substantijs
constans: tota & irrefragabilis habetur scientia: quatenus ab Aristotele defini/
ta est: quoniã diuina non tangunt̃: mundana quolibet momento sensum effu/
giunt. Hinc enim deest causarum sufficiens noticia: inde permanentiæ constan
tia: & quod maxime obest nobis fragilis industria: sera prudentia: citata mors:
quo fit ut quam nos sæpe putamus sapiẽtiam: scientiam ue esse: is error sit: siue
cælestium fulciatur aspectu: seu naturaliũ causarum ac materiam secum traben
tium: eminenti suspitione nitatur. Quod Chaldæis philosophis: Esaias ille nobi/
lissimus uates: ad urbem Babylonem scribens improperat: Sapientia tua & sci/
entia tua: eaipsa decepit te. Saluent te astrologi cælorum (qd̃ fortasse melius
transferimus q̃ aruspices cæli. Nam hobre sunt astrologi: qui contemplant̃ in
stellis: & supputant mẽses) a quibus ueniant tibi quæcunq; futura sint: Defeci/
sti in multitudine cõsiliorũ tuorũ: Vnusquisq; in uia sua errauerũt. Vtrosq; igit̃
complexus est: & qui rimantur inferiorũ causas: & qui cælestes influxus curãt:
alter errat supputando: alter consilia colligendo: uterq; ignorans adæquatam
operationũ uirtutem: omniũq; circũstantiarum conditionem. Quare siue sapi/
mus sempiterna unde sapientiæ nomen est: siue scimus ꝑpetua quibus fæx ma/
teriæ modica extat: seu cognoscimus momentanea/fluxa & caduca: quæ tem/
pori cæloq; subiacent: semper illis recta fides superior est: per quam intellectus
agens positus in culmine ac fastigio humani animi: purus/lucidus/perspicuus/
radiantes in mentibus diuinis atq; supercælestibus: & refulgentes omniũ rerũ
tam mortaliũ q̃ immortaliũ status: tanq̃ in quodam æternitatis speculo intuet̃:
quæ omni rationis ordinatiõe: discursu: indagine: opinione: scientia. Item omni
deniq; intellectu potestatiuo agenti: speculatiuo adepto: quãtum ill eipse se in/
feriora uisitat: longe quidem est certior: & tam ad contemplandũ q̃ ad agendũ
efficacior. Nam si liceat inferiora conferre superiorib⁹: Sicut anima ſm sensum
fit aliquid idem actu cum sensibilibus: & ſm intellectum cum intelligibilibus:
ita quoq; & amplius: per fidem fit mens nostra cum supernis intelligentijs actu

eadem: & cum deo cõiuncta: In quo relucẽt omnes rerum causæ multo eminẽtius: multo nobilius: q̃ ipsæ cõsistere queant in effectibus. Nam intima rebus est causa prima: pluſq̃ secundæ. Secundas prima continet: ut fons riuulorũ aquas: Immo uero ut imensum pelagus: simul omnes undas insinuat: & amplissima est eius comprehẽsio: Quod Agamemnon apud Homerũ prædicat. Tenet enim uniuersa: Vnde Megiston cratos habere dicitur. Omnis rei ortus est: Orpheo teste: & subsistendi uis potentissima principiũ: medium & finis. Credite mihi: cum hæc mente uoluto: & cum naturas congrego/segregoq; uniuersi: uideor uidere quo plane modo erga proxima sibi homo se habeat. Q̃q̃ enim cũ igne cælum in materia communicat: cum aere ignis calore: aer cum aqua humore: aqua cum terra frigore: Rursus cum igne terra siccitate: Deus cum intelligentia (quã idiomate uocabuli dæmonem censemus/ quasi daimonem) immortalitate: Dæmon cum homine affectu: homo cum belua sensu: & hæc cum planta quodam animæ genere: quod uegetare facit: Tamẽ comperio denique quod brutum ab homine distat ratione: homo a dæmone innata sapiẽtia. Sed homo ab homine potissimũ fide differt: Vt sicut ignarus a sapiente alius est per usum rationis: ita sapiens a propheta per usum fidei. Propheta quoq; a dæmone per mortalem conditionẽ. Iam igitur uidetis quoniã posuit deus hominẽ in medio paradisi. Paradisus delitiarũ hortus est. Ornatus omis delitiæ sunt. Mundus ab ornatu nomẽ accepit: quoniã græce Cosmos dicit. In iure quippe ciuili mũdus muliebris is est: quo mulieres ornant. Posuit igitur hominẽ in medio uniuersi: cum inferis & superis cõmunem: qui gerat erga superos fidem: erga inferos rationem. Inter mortales ut deus per fidem: Inter celites ut homo per rationem. Inter alterutros excellens per sapientiã: parũ a diuinitate superatũ: humanitatis tamẽ uictorem. Quod ex Dauid rege didicimus: Cum summo enim & optimo maximo deo: sic de homine loquit: Minuisti inquit eum paulomin⁹ ab elohim: id est a deo. Itaq; meminisse potestis: quid de priori uestra cõtentione sentiam: esse scilicet ueritatẽ aliquã in æthernis æthernã: cuius ipsa mens receptaculum fiat: In mutabilibus mutabilẽ: quæ contenta sit rationis diuersorio: Alterius scientiã dici posse sapientiã: alterius rectam opinionem: incerta omnia nisi diuina fide roborent. Est iam reliquũ infirmæ cuiusdam argumẽtationis obstaculum (pace omniũ dixerim) ab Epicuro populari philosopho somniatũ: quod arbitror Sidonium recitare potius q̃ affirmare pro singulari grauitatis & doctrinæ præstantia: qua præter cæteros egregie præditus est: quo faciat nos dubitare: cõtingat ne deum affici molestia: si beneficia mortalibus largiatur: an potius assiduis precibus cupiat rogari? Solus Epicurus laboris impatiẽs: tantũ amauit desidiam: ut & in summo bono poneret ocium: & diuinitatis influxum putaret molestiam: Quasi solem credam⁹ exhauriri lumine: ac tãdem deficere/quoniã tamdiu luxerit: & cælum fatigari quando præbet clementes influxus inferioribus. Si hoc tam diuturnũ officiũ: corporalia nõ molestat: non deterit: non grauat: quid sentiendũ est de summo cunctorũ autore: qui si cum Epicuro: cũ Lucretio: cæterisq; uoluptuarijs gnatonibus ignauiã: inertiam pigriciamq; dilexisset: nõ utiq; tantũ & tam admirabilẽ hunc ornatũ quẽ cernimus: ex uisceribus suis exuberanter effudisset: & hanc machinã struxisset: quã toto æuo regeret? Q̃q̃ enim quorũlibet negociorũ singlares esse gestores: uicarios: tribunos: præsides experti sumus: tamẽ ad hunc unũ semp recurritur principẽ uniuersi: quo sine nec gestores gerere: nec tribunos suffragari: neq; præsides sufficere putandũ est. Haud secus atq; lumen sine luce: aut omnino secũdã causam sine prima. Ordo enim uniuersi: & primũ aliqd/ & unũ desyderat: qd̃ turpe est philosopho nescire: cum illud gregarij milites nouerint. Sic enim Vlysses apud Homerũ in

exercitū concionatur. Haud profecto singuli præesse possumus o Achiui. Non enim bonus est plurium principatus: unus sit princeps: unus rex. Vbi nūc tot atomi Epicure: tantū regnū gubernantes: & mundi unius innumerabiles architecti? Si ratione regunt tantilla corpuscula: non erunt igit̄ simplicia & insecabilia: quoniā ex ratiōe corporeq; cōstant. Si præter rationem: imprudēter omnia gerant̄ necesse est: Quod non solū natura: sed ipsum nomen mūdi abhorret: in quo nihil ornati: nihil mundi ualeret consistere: dum singula interturbarent̄: & aliud alio tenderet. Ergo qui summus est/unus est: qui unus est/simplex est. Aliter enim compositus: duo: non unus est: quare in se mœrorem: tedium: turbationem: molestiam nullam unq̄ recipit. Fieret enim uarius & multiplex inq; deterius mutabilis: quod unitati/& summæ bonitati non cōuenit. Quādo autem sui similis dicit̄: id est clemens: beneficus: misericors: & cætera quæ bonitatē suam exponūt: decent & ornant: tunc idemipse est: atq; tum unus: simul erit clemēs/& deus. Deus cum inuocat̄: clemens cum ad uota largitur. At est ne aliquis omni furioso dementior: qui cogitet fieri posse: ut ullis supplicū precibus: sempiternæ diuinitatis operosa quies: & quieta operatio molestet̄: cui⁹ summa dignitas est ut petatur: summa tranquillitas ut tribuat: qui homines etiā ad rogandū inuitat: quod nos dei filius: idemq; deus edocuit. Nemo inquit uenit ad me nisi pater meus traxerit eum. Voluptas est deo aspicere uultus hominū se intuentium atq; admirantiū: non molestia: non inquietudo. Tuus uero Sidoni Lucretius (Honoris enim causa iam nō te nomino in secta tam sacrilega) & tuus etiam Epicurus: audēt id in deo notare: quod ne de bonis uiris cogitare phas esset: qd̄ amicorū uota moleste ferrent. Quid enim aliud mortales in precem erga diuinitatem mouet: q̄ sperare se amicū deo? Quid fidem supplicationibus administrat præter unum amorem? Quod Homerus omnis philosophiæ plenissimus ostēdit: cum ait: Chrysen Apollo ipse orātem exaudiuit: quoniā ualde sibi amicus erat. Apparet ut arbitror ex his quæ paucis complexus sum: pro tenui facultate dicendi quæ in me sita est: quid ad ipsam cū diuinitate cōiunctionem humanā: respondendū sit. Nec enim nunc quæstio est: Vn⁹ ne idemq; deus/& hō esse queat: siue a deo prognatus seu ex hominib⁹ ortus. Quale de Aesculapio desertor ille Iulianus: in libro contra Galilæos edito: memoriæ prodidit: cui⁹ pene uerba sunt hæc: utcunq; me autore translata. Iupiter enim in suis intelligibilibus ex seipso Aesculapiū genuit: & in terrā per solis prolifici uitam destinauit: hic e cælis ad terram sortitus progressum: uniformiter in hominis specie circa Epidaurū apparuit. Auctus itaq; illic successib⁹: super uniuersam terrā porrexit salutiferam eius dexteram: Transijtq; ad Pergamū: deinde profectus in Ioniā ad Taranta: posteri⁹ Romā. Hinc traiecit in Coum: deniq; ad Aegas: & ad cætera loca mari terraq; ut restauraret animas male dispositas: & corpora minus belle habentia. Iulianus hæc si uere/ipse uiderit. Neq; hoc loco controuersiam de dijs immortalibus explicare studebimus: quēadmodum in terris conuersati: & ab hominib⁹ uisi sint: ut Apollo Daphnen insecutus: ut in Thessalia penes Admetū constitutus: ut in Phrygia coram Laomedonte cognitus: ut in pauperum Philemonis Baucidisq; tugurio/epulati ambo dij superi: ut scripsit Ouidius: Iupiter huc specie mortali/cunq; parēte Venit Atlantiades: positis caducifer alis. Etenim ferme totus transformatiōis liber ille: haud aliud est q̄ deorū cum hominibus: uel quod magis ridiculum erit cum beluis: metallis: lapidibus: cæterisq; anima carentibus: non tantū cōmunio: uerū etiam transmutatio: ut Epicureis admirabilius uideri debeat: quod summū Iouem omnibus rebus etiam uiliorib⁹ cōmisceri poetæ canant. Eum namq; modo in aurum fuisse transformatū: modo in Cygnum. Iam Taurus erat: iam Aquila: iam lapis qui Abaddir appel/

latur: totuſq; ſemper uerſatilior hoc Proteo fuit. Nos uero ſiue hominis ſocie/
tatem cum deo: ſiue dei cõmunicationem cum homine: q̃tum ad noſtrã inter
nos diſputationẽ confert: amorẽ dicimus: quem fides peperit: ſpes alit atq; ſer/
uat. Deus amor eſt: homo ſpes eſt: uinculum utriuſq; fides eſt. Iungitur diuini/
tas menti: ut mens intellectui: intellectus intentioni: intentio imagini: hæc ſenſa
tioni: ea ſenſibus: ipſi tãdem rebus: ita ſemper ut uirtus ſuperior per ſingula in/
feriora pro captu cuiuſlibet animãtis uſq; ad ultima fluat. Sæpius enim euenit
ut oculos aliqua uerſus dirigam: me tamen uidiſſe non memini quem aliorſum
imaginatio ligauit. Quid uero ſit qd̃ me uidere ſuſpicor: exercitatus ante circa
phantaſiæ intentione: intellectus præſtat cum ratione. Intellectus niſi per men/
tem illumineẽ: ab errore non eſt imunis. Mens lumen intellectui non porrigit:
niſi luceſcente deo: qui cum liberrimã uolũtatem habeat (Aliter enim deterior
eſſet homine) pro modo ſuæ uoluntatis plus minuſue lucis in mentẽ pluit: qua
riganẽ cæteræ mortaliũ poteſtates. Q̃q̃ igitur nlla ſit hominis erga deum pro/
portio. Deus enim infinitus: homo finitus eſt: tamen (pace tua loquor Sidoni)
non ſunt hæc duo maxime diuerſa: ut tu aiebas: & alterũ tamẽ non eſt alterum.
Poterũt autem inenarrabili unione cõiungi: ut unus idemq; & humanus deus
& diuinus homo cenſendus ſit. Ago iam uobiſcũ doctiſſimi uiri familiariter in
palæſtra: non arcanæ fidei: ſed uulgatæ philoſophiæ. Sic enim unitas quæ neq;
principiũ habet neq; finem: & propterea infinita dicitẽ eſſentia/uirtute & ope/
ratione: tametſi non ſit numerus (Is enim multitudinis aceruus eſt) tamẽ creat
numerũ iungiturq; cum numero: cuius uaria conuerſatio in numerorũ contu/
bernio: ſubſtantiã quoq; uariat eorũdem: totumq; numerale regnum tanq̃ rex
ſummus gubernat. Hunc humiliat: & hunc exaltat. Et ſicut ait Heſiodus: Erigit
hic facile: & facile ardua deprimit idem. Stillat enim ab interna immanentia: cũ
ſit infinitudo/menſura & terminus omniũ: quaſi primus triangulus cunctorum
ſummas efficiens: quãdo quidem omniũ procreationib⁹ immiſceẽ. Cæterum:
peruenit ſecũdo exitu ad ſuæ naturæ magis conſentaneũ impar primũ incom/
poſitũ ſpheræ indiuiſibilis: quæ tamẽ faciem quãdam compoſitæ naturæ præ ſe
ferat: ex initialibus rerũ ſeminibus cõſtituta: & paris/& imparis. Tertio deinde
iactat radios ſuper corpus ſolidum: per circularem alteritatis numerũ ſenſibilia
penetrans: & in denariæ pyramidis fundamentũ perfectiſſimũ/ indeſinẽter agi/
tans. Vltimo diuina unitas: numeri omnis admirabile medium inhabitat: quod
circulo quodam indiuiduæ imparitatis: proxime ſeſe conatur mirifica reflexio/
ne reducere: quapropter & illud ipſum cũ ſuperiori ſecũdo exitu cõmuni cha/
ractere inſigniuit. Solam enim architectura uniuerſi differentiã hanc ordinis in/
ter utrũq; medio intercedente mundi corpore diſpoſuit: ut cernere liceat uni/
tatem a ſingulorũ cõmunicatione non abhorrere: quo & deum libenter uerſa/
ri cũ hominib⁹ animaduertamus: cuius conuerſationis eminentiſſimũ eſſe argu/
mentũ poteſt: quod ſuperuires humanas mirabilium operũ ipſimet effectores
ſumus: Simulq; in natura conſtituti: ſupra naturã dominamur: & monſtra: por/
tenta: miracula diuinitatis inſignia: nos mortales uno uerbo: qd̃ iã pridẽ uobis
explicare auſus ſũ ꝓdigim⁹. Tũ o Capnion perge: SIDONIVS inq̃t. Q̃ enĩ
cupio ſcire quorſum euadas. Ita me deus amet: nihil ullo tempore audiui iocũ/
dius: ſcilicet in nobis eſſe ſitũ & reconditũ ſolis uerbis: quæ artificia inter omnia
figmenta humana factu facillima & tenuiſſima ducimus: tot res: tam mirabiles:
tam arduas: tam ſubitas: tam audaces conficere quoad libuerit animo noſtro:
quod de Medea legimus. Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos: Quæ
mare turbatum: quæ flumina concita ſiſtunt. Quid enim non carmina poſ/
ſunt? De his plane: Venefica ſe multum iactare mihi uiſa eſt apud Naſonem:

cum ait: Cōcussaq; sisto: Stantia cōcutio cantu freta: nubila pello. Nubilaq; in/
duco: uentos abigoq; uocoq;. Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces. Vi/
uaq; saxa sua cōuulsaq; robora terra: Et syluas moueo: iubeoq; tremiscere mon
tes. Et mugire solum: manesq; exire sepulcris. Te quoq; luna trabo. Quare Ba/
ruchia supplicandum est: ac etiam litandum Capnioni huic: ut quid sit hoc uer/
bum quo talia fieri asserat: haud ignoremus. Et assentior tibi BARVCHIAS
respondit: Et certe res erit digna philosophis: tantis: de tam secretis inter se dis/
serere. Q̃quā nostrū hominū genus: in libris quondam occultis non parum de
ea parte religionis curiosi fuere: Tamen dicam ut sentio: nullus est Hebræus
hoc æuo: quem ea uerborū potestas comitari uelit. Sed noctem totam frustra
murmuramus: sicut & Delphis oracula cessarunt: & Pythias Philippiçin a De/
mosthene insimulatus est: Nisi sacrilegus aliquis inuētus sit: qui lucri causa por/
tentum promittat: tam desipientibus: q̃ decipiendis. Ego de cæteris nationib⁹
prius loquor: deinde meos recordabor: Itemq; alios. Nam diuitibus responsa
dabit Phryx augur: & ære minuto qualiacūq; uoles iudæi somnia uendūt. Tan
to prauis uiris semper in honore fuit auri execrabilis fames: ut nō dubitent ob
auariciam & lucri cupiditatem: tam diuina q̃ humana suis flagitijs cōtaminare.
De tuis Capnion hac ætate quibusdam sacerdotibus: qui se purissimos & tanq̃
dei nepotes diuinitate plenissimos iactant: nil ausim obiectare: ne me singulari
neglectu eius sectæ credas attemptare amicitiam nostram: quam nobis politio/
res litteræ conciliarunt. Egregium namq; Terentij adagium extat: & memori
mente amplexandum: quod ait: Veritas odium parit. Illud ni uererer: adducē/
dum esset in medium: quonam modo uniuersa precio sacra prophanāt: a sum/
mo ad imum: ut iam sint uenalia mercede omnia: quā dum uetant iure actionis
apud iudicem expostulare: tutū perfugiū exquisierūt: implorando iudicis offi/
cium: ut ritus tradēdi nūmos haud pereat: quasi non sit merces petita: quæ ob
consuetudinē petatur: cum neq; cōsuetudo uocari debeat ea quæ contra deū
machinatur. Sed taceo quæ prodigia: quæ miracula populo prædicant: ut one/
rentur munerib⁹ donaria: & nūmis sua redundēt uniuersa. Velut inquit Acti⁹:
Aures uerbis diuitant alienas: suas ut auro locupletent domos. Haud secus &
hic magicos affert cantus: & ille thessala philtra: & iudæi somnia uendunt. Ces/
sante igitur auaricia: neminem fore arbitrabor posterius: qui uerbis figuris ue
miracula se facturum polliceatur: nisi si demens aliqua saga diuini potens rus
habitet: quæ a stolidis quibusq; credi uelit admodum perita cælum deponere:
terram suspendere: fontes durare: montes diluere: manes sublimare: deos infi/
mare: sydera extinguere: tartarum illuminare: quæ anilis amentia quandoq; in
ipsis flagris errare deprehensa est: & non romanis tantū: uerūetiam uetustiori/
bus nostræ gentis (hoc est Hebræorū legibus) ultimo uitæ supplicio uindicat.

Ad hæc euestigio quasi molestia quadam tactus CAPNION: in eum sermo/
nem tamen perq̃ modeste incidit: & amantissime Baruchia inquit: quorsum
oratione duceris: ut nobis persuadere audeas: nisi adsit quæstus: non fieri sæpe
stupenda & admiranda quædam ab hominibus: non tempore nata sed subito
orta: non propagata sed præsentia & paulo momento instantia: quorum occa/
sionem ante nullus comprehenderit: nemo sperauerit: & iccirco miracula dicta
siue tu id facias impio seu forte uoto. Nā tantū abest ut diuitiarū grā facile fiāt:
ut etiā auariciæ deditis: negata sit ea diuinorū munerū uenerāda liberalitas. Q̃/
uis eni diuitiarū datores: apud Hesiodū: dij cognominent: tn̄ rogari ad eas cōse
quēdas superi nolūt: inferi nō debēt: hoc ppter cōionis improbissimæ: illud ob
auariciæ turpitudinē uitandā. Extat eius rei philosophorū ueterū sana doctrina:
Theognidis testimonio: qui sic ait: Non amo diuitias: & non peto: sed mihi tan/

tũ Viuere de modicis ſit nec habere malũ. Tuus item Salomon: non minori & ſapientia & uetuſtate præditus: eandem his uerbis ſententiã: cum diuinitate loquens expreſſit. Dicam equidem latine quoad potero: Nam id interpretari iuſtius tuæ forent partes. Egeſtatem inquit & diuitias ne des mihi: fac me ſumere panem meum conſtitutũ. Quod uulgo ſic dicũt: Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi: tribue tantũ uictui meo neceſſaria. Qd uero iſtis tuis iudaicis ceſſauere (ut ais) obſequi uerba mirifica: nõ minutã obeſſe mihi crede cauſam oportet, quippe apud quos uel maxime quondam id artificiũ uerſabatur: ita ut noſtri maiores cupiditate eius philoſophiæ: ad eam uſq; regionem ab amicorum & compopulariũ dulci conuerſatione: & a patrijs laribus: multa non modo peregrinatione: uerũetiam quaſi exilio perpetuo ſint abducti: quãq audio quoſdam haud aſſentiri uelle: Thaletem: Pythagoram: Platonem: cæteroſq; ad iudæos perueniſſe: ſed tantũ ad ægyptios: & memphiticos uates. In quorum numero Firmianus ſe Lactantius eſſe prodidit: in eius libri quem diuinarũ inſtitutionum inſcripſit uolumine quarto: ſequutus fortaſſis præter ſe alium neminẽ. Sed ego facile per ueſtigia Moſaicæ lectionis: quæ in illorum litteris atq; documentis comperio: in eam ſententiam cogor: ut dicam illos neq; Syriam: neq; Iudæam: nõ etiam Chaldææ ſcholam prætermiſiſſe. Suo enim tempore cœpit ſacra hebræorum ſcriptura: tanto in honore: in tanta tanq; frequẽti ueneratione apud Babylonios haberi: uſq; adeo ut illam ex propria in linguam Chaldaicam traducere curarẽt: & id prope quinquageſimaſexta olympiade: id eſt ætate Thaletis. Igitur qui tanto indagãdæ ueritatis accenſi erant deſyderio: ut relicta domo: exilium peterent: ne uetuſtiſſima eos ſacrorũ monumenta laterẽt: quis erit tam a mente alienus: qui dubitet eoſdem ægyptũ petentes: non ſimul Iudæã acceſſiſſe: uel potiſſimũ ut guſtatis riuulis etiam de fonte potarent: & ut Nabathæos quoq; ritus introſpicerent: purioriq; diuinitate imbuerentur? In qua tradenda: iudæi omniũ orbis terrarũ gentium nobiliores fuere: ipſius oraculi teſtimonio: quod illi ſæculo propter quotidianam celebritatem non erat ignotum: ſed per compita uicoſq; decantatũ. Experiar modo ſi queam inde uel binos uerſus decerpere: qui græcis conſonent. Sic enim ait oraculum: Chaldæi ſapiunt ſoli: ſapiunt & hebræi: Qui ſeipſo genitũ curant regemq; deumq;. Accedit huc quod firmare ſententiã meam poſſit: quoniã modica ægyptiorũ iudæorumq; diſtantia ſit: quapropter mixtos ſæpe in eodem loco reperias populos: ex ægyptijs: Arabibus: Hebræis atq; Phœnicibus: præſertim in Sebaſta Herodis: quæ rurſus Samaria dicitur: In Philadelphia: in Hierechonte: & item in Galilæa. Rem minime obſcuram: peritiſſimo & noſtri amborum amantiſſimo: loquor iſti Sidonio: quia illinc haud longe ortus eſt. Vera quidẽ refers inquit SIDONIVS. Nam una cernitur cõtiguitas Iudææ: ægypti: Arabiæ: ac Babyloniorũ: quare mihi probabile nõ uidet: eos philoſophos Palæſtinã/ & Hebræorum ſapientiam non attigiſſe: cum habeam quidem compertũ: illos non modo ſæpe res ipſas: ſed etiam pene uerba eius gentis in ſuos libros tranſtuliſſe. Sed perge Capnion. At is: recte profecto iudicas. Nam de Platone certum eſt: quem & ego reſpirandi cauſa: poſt mille negocia: & aulicos tumultus quãdoq; legere ſolitus ſum. Et o deus bone quãta inuenio illum iſtinc expiſcatũ: magna ex parte uerbum e uerbo. Quæ ſi latius cognoſcere uultis: Iuſtinum legite philoſophum: & legiſtis arbitror: quãq religionis meæ/ ac non mediocris integritatis martyrem: ob idq; forſitan ſuſpectum uobis: niſi re: non autem aſſertione ſua mecum ſentire cogamini. Redeo ad cauſam. Salubris iſta poteſtas uerborum quæ uos deſeruit: Nos elegit: nos comitatur: nobis ad nutum obedire cernitur. Ea non humano conſilio: Sed diuinitus data & oblata/ perfectæ

religionis uirtus:non fortuitu: uerum diligẽtia & industria sua mutauit locum. Qua uos legitima sacra mutastis : ideoq; frustra murmuratis : frustra deum inuocatis:quem non ut ipse uult colitis:sed inuentionibus uestris blandientes: etiam nos dei cultores liuore imortali oditis: quod imprimis respuit diuinitas: quæ pacifica mentibus humanis insidere cupit. Nec Sidoniũ nostrũ facile assumã:nisi flecti queat ad syncerum credendi genus. Nam de teipso: uix mihi spes est:ea prosapia nato:quæ semper duræ ceruicis extitit:nisi aliquid multæ in tuo præclaro ingenio litteræ:plurima studia: innumerabiles doctrinæ: nõ nihil etiã ingens amor cognoscẽdi efficiat. Tum uterq;: obsecram⁹ aiunt te Capnion: ut ne desperes:neu nos deseras. Ea enim sola uis est uerborũ: quæ omniũ scientiam superat:Iccirco manum tuæ ferulæ subdimus:quoquo tandem disciplinæ genere initiati simus. Scio ego itemq; Baruchias hic:quod in sacris ediscẽdis lõge alia uia gradiendũ sit q̃ mathematici phyficiq; solent. Hi em̃ prius cornupetere atq; contendere inter se putant cõmodissimum: & in utranq; partem dimicare. Deinde per quædam antecedentia siue axiomata/seu tu principia uoces: quæ refellere nequeas:mox certe combinationis artificio concludere:quo ipse stare compellaris. At contra in diuinis silentium desyderatur: cõtentio respuitur:syllogismus irridetur. Nam diuinitatis nullum est principiũ:nihil eam antecedit. Igitur quodcũq; concludendum fuerit:eidem confestim acquiescendum est:multo firmiori conditione q̃ scientia. Quid illud sit: abs te ante accepimus: Quare instaura sermonẽ optime Capnion: nosq; doce quibusnam uerbis mira quædam facere queamus. Ego enim pro hoc nostro sodali: quicquid præstandum est spondeo. Est ne ita Baruchia? Tum ille: Ita est Sidoni. Ambos em̃ uiros bonos atq; doctos uos noui: & qui stipulat: & qui spondet. Vnde quod ex alijs quibusdam insulsis hominibus:mihi sacrilegium timerem:nũc minime formido. Nec etiam quod peruerso quodam cultu summæ diuinitati fiat iniuria. Nam uterq; nostis:q̃ hoc nephanum esset:& philosophis indignũ. Ego uero CAPNION inquit tibi recipio. Sed utriq; leges præscribam:quas absq; seditione obseruabitis. Resipiscẽtia uestra hæc esto. A Thalmudim Baruchia:tuq; Sidoni ab Epicuro atq; Lucretio receditote. Lauamini:mũdi estote. Vnũ deum omniũ effectorem:cæteras potestates ministras habetote. Ad primũ uota p̃cesq;:ad inferiores hymni sunto. Qd̃ si forte petitio ad inferiores p̃cesserit:nisi sub modo delegatæ a primo administratiõis: intẽtio nõ esto. Angeli a nobis ad deũ:& inde ad nos uolitãtes:reuerẽtia tremorq; sunto. Erga illos fm notã p̃bationẽ:iocũda obediẽtia esto. Sacra quoq; obseruatiões ex me audituri uenitis: palã dignis:clam p̃phanis sunto. Hæc uero edicta sil' & interdicta: in albũ pri⁹ scribẽda iudicaui:ut pensiculate uobiscũ animo uolutare possitis:acceptanda ne sint:an repudianda. Nulla enim conditione alia uos in arcanam sacrorum nominũ Academiam:tanq̃ ludi magister assumere statui:q̃ si talibus primũ legibus assentiri uultis. Etenim cum hæc quæ proposui libenter intrabitis: facillime uos ad ea quæ cupitis spero puẽturos. Tum SIDONIVS: Intolerabile hactenus nihil arbitror sanxisti: nisi forte durum isti Baruchiæ uideri uelit: ius ipsum de Thalmudim : quas mihi quondam legenti superbas factiones : & multorũ suæ amentiæ cõspirationes esse persuasi non sequẽdas: præsertim ubicunq; ad diuinitatem attinet: cum potius sacra in exterarum gentiũ torqueant odiũ:cædem: direptionem: q̃ in orbis terrarũ conuertant salutem. Puto tamen facile abibit:si cũ suo aio recordet:homies fuisse nri similes:q̃ sua inuenta & meditata:lris ostẽtationis gratia mãdauere:ut sunt scholasticorũ quorũdã cõmentarij:quos certe qlibet impune deserit: quẽadmodũ & ego Lucretij: & Epicuri defector fio: Nec em̃ unq̃ in eoq; aut alteri⁹ cuiusq̃ uerba iuraui. Reliqua decreta

ſuæ ſunt & auitæ profeſſionis: Quapropter me conſule: nihil eorũ refragabit̃. Ego uero ut pro meipſo loquar: cur non ſubirem: quod puero mihi quõdam recta philoſophia ſuaſit? Eſt em̃ multis iam ſæculis uniuerſa Sardanapali ſecta non ſine proprijs autoribus Leucippo: Democrito: Epicuro: Lucretio: frequẽter a bonis eiſdemq; clariſſimis uiris exploſa. Quid de cæteris tuis legibus dubitem: quas antea pluribus uarij generis hominibus: maxime autem magicis præcipientibus didici? Nam de lauacro cum eſſem in cœtu ſapientiſſimoꝝ Indiæ: quos Brachmanas uocant: eum morem lauandi pene in meã conſuetudinem uerti: diuturnitate quotidiani uſus gnauiter initiatus. Solebam indies cum eiſdem in fonte haud abſimili cuidam in Boetia qui Dirce appellat̃: exutis ueſtibus lauari: oblito prius capite guttis electreis & odoribus ei rei aptis. Deinde poſtq̃ ſe, pritu ſatis mũdos putarant: exeũdum fuit circiter meridiem/quãtotius ad ſacra illic in chori ſpeciem aſtitimus: ueſtiti lino candido & mitra alba: in digitis ferẽtes annulos: & baculos geſtantes manibus. Quæ mũdicia corporis & amictus: ut aiebant: animi quoq; puritatem adiuuare non parum credita eſt. Et hæc antiſtite Vardane: apud Indos quarto ab Hiarcha. Nam poſt Hiarcham Sauchnes: poſt hunc Seſonchoris: deinde Bocchoris: ita nominati ab ægyptiorũ olim regibus. Simile quoq; cum apud Gymnoſophiſtas diſcẽdi gratia degerem admiſi: & eo amplius quod interdiu ter: noctu bis lauari aqua frigida ſanctum fuit: priuſq̃ poſſem totidem momẽtis ſacrorũ penetralia ingredi. Erat pariter linea ueſtis quotidie recens abluta. Nam lanam prophanũ ueſtitum arbitrant̃: quippe tanq̃ beluinæ ſordis excrementũ pecori detractam. Legimus & apud Heſiodũ id præceptorũ genus potiſſimũ diuinis coptari. Ait enim (ut noſtis) in operum atq; dieꝝ libro: ferme ſic: Nemo ſub aurora loui auſit fundere uina Illotis manibus ſed & imortalibus ullis. Non ſic exaudire uolũt ſpernũtq; precatus. Et alio carmine ſic: Prauus ubi fluuiũ manib⁹ non lotus obiuit: Huic dij ſuccenſent tribuentes inde dolores. A quo ſibi diligenter cauit Telemachus. Nã palladi ſupplicaturus: in æquore manus lauit. Vides ne modo eum morem non abſte iam primũ excogitari: ſed plurib⁹ ante ſæculis cõmentatũ? Quod cæcus ille uir omnia uidens: Homerus noſter: haud ignoraſſe mihi putatur: quãdo matrẽ Achillis: Loui ſupplicem futurã: maris fluctus exuere facit: Quis etiã aliud iſtoq; maius explicaſſe uideatur myſteriũ: tamẽ nihil ad hũc ſermonẽ. At qualẽ tu nobis tertiã tuliſti legem: clariſſima uetuſtiſſimorũ autorũ dogmata probant. Audite quid Sophocles hoc diſticho Iambico: quãq̃ non adeo eleganter a me: tamẽ ut opinor minus inepte tranſlato proferat: cum ait: In ueritate ſolus unus eſt de⁹: Qui cælum hoc: & terram capacem cõdidit. Quem Euripides Iouem præcipit nominãdum. Per cuius caput (Orpheus cecinit) uniuerſa in lucem proceſſiſſe: quem ipſe omniũ genitorem uno uocabulo: & principiũ finemq;: in eiuſdẽ dei primo hymno collaudat. Qd̃ uero ſequit̃: cæteras poteſtates: miniſtras eſſe cẽſendas. Crediderim id te Homeri carminibus doctũ: Troianæ Rhapſodias uolumine octauo: Vbi ſplendida & maieſtate pleniſſima oratiõe: Iupiter in conſeſſu deorum concionat̃ ſe ſummũ omniũ diſpenſatorẽ: hos eſſe inferiores: nihil niſi ſuo nutu attemptandũ: qui ſecus fecerint: deijciendos fore in tartarum: ut appareat quãtum potentior ſit Iupiter & dijs & hominibus. Notum uobis carmen extat: ut ut mauultis e græco latinum efficite. Enimuero ex hac artificioſe lex quarta ducitur: quaſi aliquo dialecticorũ more. Nam ſi primus eſt qui ſingula diſpẽſat: fruſtra cõfugit̃ ad reliquos: ul̃ prece: uel uoto. Qd̃ hoſpiti: Nauſicaa quõdã Alcinoi filia pſuaſit. Iupiter ipe uiris diſpenſat cuncta ſuperne: Siue, phis ſeu puerſis: ceu cuiq; fauet rẽ. Ergo thetim nequaq̃ petijt Achilles: ut ſibi cõtra regẽ a quo indigne uim paſſus ẽ: ſalutẽ ferret: ſed extẽſis manib⁹ flẽs orauit hoc

modo: At tu si poteris nati complectere caufam: Imploraq; Iouem conscendēs limen olympi. Hunc enim uniuersi dominū & patrem: ut in Dipbilo Menāder ait: Ad summū boc bonore dignabimur: qui solus tantorū bonorum inuētor & possessor est. Natura nāq; insitum nobis extat: cum fontis nitida uena æque cōtingi queat: riuulis abstinere. Quid ergo? Num cōtra maiorū instituta superos uitabim⁹: & unius tantū Iouis auxilia petemus: Ac nō potius Theognidis monitu: Esse uirum audentē duris in rebus oportet: Eripiant superos inde rogare deos? Sed fortassis ut amicorū ope: ita illorū opera utamur: ut uicinoꝝ cōmodi tatibus: ut propinquorū: ut bominū prudentiū: quatenus nobis cōsilio atq; consolatione prodesse queant: quorum eruditiōe: quorū monitis: ac fideli semper impulsu: mentē nostrā qualibet in re diuinæ uolūtati conformare proculdubio possim⁹. Peritiores nāq; sunt diuinitatis: & melius nosipsos norunt: omnesq; rerum nostrarū circūstantias: Iccirco nos resq; nostras certius atq; multo aptius principis dei sententijs imutabilib⁹: quasi certis radijs aliqua terra corpora subordinant: ut inde uel bene nobis futurū sit: uel mala declinent. Hoc est qd̄ beniuolētibus dijs: aut nobis auersis: uel boc fatum effugimus: uel illud sustinemus. Vnde fama uetus etiā patrū maiorūq; memoria fuit: dijs eam maiestatem esse: quod fata mortalibus imponerēt. Indigna mulierculæ: sommo iam opprimēdæ sentētia: quæ Vlyssem undeuigesimo libro (si recte memini) bis uerbis alloquit: Quotis quibusq; statuerūt immortales fatum mortalibus frugiferam terram habitātibus. Sic Socrates se deo monitū prædicauit. Sic Numam Aegeria duxit. Sic nemo unq̄ uere Pytbagoricus fuit: qui non deos senserit. Illis uero qd̄ boni sunt: tanq̄ primi boni portiones proximæ: bonor reuerētiaq; debent. Bonū em̄ suapte natura: bonor lausq; cōseqt: ut Aristotel moralia testant. Qm̄ maiorib⁹ defertur bonor: quasi aliqua sit retributio uirtutis. Maiores autē dij sunt: & non tanq̄ sodales tantū nostri: uerūetiam ut rectores: quia natura sua ipsi plus uigēt ratione atq; intellectu: ob idq; intelligentiæ aliquādo nominant. Cæterū sequētes tuas leges matbematicorū cōsuetudine: per antecedētia decreta probant. Vltimā quoq; Sopbocles ostendit: cum in Oreste sic ait: Præstantioribus oino est obediendū. Et in Aiace bis uersibus utitur: Nam cui timor uiget & simul reuerentia: Illum salutem mox babere credito. Quare mibi Capnion facillimum erit iussis tuis præstare consensum: in ea certe causa quā ante multa milia annorum bominib⁹ doctis eisdemq; bonis acceptā noui. Tum Baruchias: Nōnulla inquit Sidoni maiorū ætas quoq; aberrasse deprehendit. Ne tu omnia superiorū temporū quæ discenda cōcedunt: sequēda etiam censeas: nisi ratio prius ea esse uera discutiat. Nolim boc temeritate aliqua ductus afferre: quod reniti cupiam ꝓmulgatis bis legibus: uel cæteris argumētationib⁹ tuis insidiose diffidam: quas pro tua præstanti cum elegantia: tum etiā uariarū rerum peritia exuberanter confers in mediū. Ego nāq; ipse illas quoq; subibo: etiam nulla ratione prompta coactus: nisi solr diuinæ reuelatiōis autoritate. Constat enim mibi tecū apud Ciceronē Cottæ pontificis assertio: quā Balbo confidenter exbibuit: in religione maiorib⁹ nostris nulla ratione reddita credi debere: quos Plato putauit deorum filios: qui parentes suos optime nouerint. Ideoq; tanq̄ de domesticis rebus: cum quid affirmarint: summam fidem præstandam esse. Sed uulgaris populi uanitas: sæpe falsa quædam ueris immiscuit: quæ uix ipsi philosophi sine uitæ periculo poterāt effugere: Sicut Diagoram plura de diuinis scribentē aliter q̄ plebi uisum est: criminis accusauerūt: porrecto capitis libello: at is instantem mortem celeri fuga uitauit. Anaxagoras Athenis ultimo supplicio adiudicatus: & Socrates ueneno interfectus est. Nostri etiam sapiētes quos olim uidētes: nunc propbetas appellamus: sæpe regum indignationē: aliquando populi:

nōnunq̃ mortē ipsam religionis atq; diuinorū gratia subierunt. Meministis Hieroboam contra uirum dei manū leuasse: quæ mox uertebat in aridam: Esaias in partes dissectus: Hieremias in ægypto lapidibus obrutus: Eçechiel iussu ducis in Assyria cæsus: Daniel ad bestias damnatus: Amos fuste occisus: Michæas in præcipitium datus: Zacharias apud aram trucidatus est: Haud alia ex causa omnes q̃ quod sanctius indocta plebe sentirent. Ergo perq̃ iuste addideras: Hominib⁹ doctis: eisdemq; bonis. Nihil autem grauius me: nihil molesti⁹ modo premit: nihil quo magis abhorream: q̃ tantæ gloriæ: tanti splendoris: tam bonæ famæ apud nostros: uiris litteratissimis (quos a doctrina Thalmudim nomināt) carere nō ad tempus solum: sed & perpetuo. At cum ita uis Capnion: geratur mos tibi: reijciam uel Thalmudim: scilicet in quibus a teneris mihi unguiculis statim atq; sapere cœpi: summa semper persistebat uoluptas: reliqua uita iocūdior. Spero item deo rem effecturū me fore haud ingratā: si quod animo meo gratissimū fuit: sui gratia repellam. Contigit enim nūc: qd haud scio an unq̃ alias ut facile caream cæteris omnibus: tantū ne me tam sancta mirabilium nominū prætereat noticia: q̃ tu nobis polliceri uisus es: uel si recte memoria teneo: ne tua dicta nequiter carpere arguar. Verbum (nescio quod) te recordari aiebas: quo nos mortales in natura constituti: supra naturā dominaremur: & monstra: portenta: miracula: quæ diuinitatis sunt insignia pficeremus. Age Capnion ut hoc uerbū nō ignoremus. Multa enim uerba contribules mei ferme sub modio recondunt: & in arcanis habent quæ ab illis mirifica esse censent: & quæ ipse multum quoq; relegi: sed effectus eorū nunq̃ sensi. Idq; fortasse quod uel modū nō seruaui: uel ficta pro ueris credidi. Subito tetigisti acu: SIDONIVS inquit. Nam hic latet anguis in herba: hoc est qd ad rem facit non nihil quidem. Fuit enim mihi aliquādo par studiū in quibusdam nugatoribus de arte magica scribentibus: haud dignis quibus ad calamū charta suppetat. Cogitaui librorū indice motus: mira quædam artificia me istic repertū ire: quasi operationes Zoroastri: Oromasis: Zamolxis: Epimenidis: Orphei: Pythagoræ: Hostanis: Empedoclis: seu etiā iuniorū thessalicas factiones: Carinondæ: Damigerentis: Apollonij: Ioannis Dardani. Sed audite dum lego quid fit. Edepol aliud nihil q̃ Horatianū illud: Parturiūt montes nascetur ridiculus mus. Suspendūt furciferi præ foribus uoluminū splendidos titulos: & modo hunc esse librum Enoch: quem diuiniorem ante cæteros omnes fuisse uetustas asseruit: modo illū Salomonis mentiuntur: facile indoctis auribus irrepentes: hac insigni coniectura: quam ex libris Iosephi augurari liceat. Ait enim ille antiquitatū octauo: Salomonē cōtra dæmones artem ad utilitatem hominū & eorū curas inuenisse: incantamenta contra ægritudines instituisse. Modū etiam coniurationū. Ad hoc addit experimentū quod ipse uiderit. De sacris nihilominus Hebræorū historijs: promptū illud est: Salomonem sua ætate disputare solitum de arboribus & herbis: a cedro lybani usq; ad hyssopū. Item de iumentis: uolucribus: reptilibus & piscibus: quæ omnia naturalem saltem magicam præ se ferre possent. Sed introspicienti acrius: aperte se prodit horum circulatorū fallax præstygiū: & nostro æuo iam pridem conficta sese profitent ipsa uolumina: Siquis & uerborū consuetudinē: & sententiarū uim: & characteris genus ipsum consyderauerit. Nam nihil obstabit quin cernere detur plane: non diu ex unius cōspirationis uolutabro cunctos eiuscemodi libros nostro æuo scaturijsse. Deinde si quæ ipsi suis uoluminibus: ex priscorū actionibus indiderunt: ad artem cōmode se habentibus: tamē qua sunt ruditate litterarū: nihil infractū obseruare queunt: non uerba ipsa: nec numeros/ neq; figuras. Ignorant etenim qd ægyptij duplici charactere utunt: uno in prophanis: altero in sacris. Qd deniq; Chaldæorū linguā & Hebræorū:

quã operi magico necessariã attestanť: simili characteris imagine scribimus. Nihil igitur horũ & Robertbus/& Bacon/& Abanus/& Picatrix/& conciliũ magistrorũ: uel maxime ob linguarũ ignorantiã ad amussim ut oportet tenere atq; docere: Min⁹ etiã librariorũ manus: ab exemplis dupla scribentiũ: nõ aberrare: minus discipuli discere: minus operarij potuerunt operari. Redeo igitur ad id: ut cũ Baruchia sentiã: tametsi abunde multa legerim secretorũ eiuscemodi: tm effectus eorum ne perceperim usq; fortasse qd magister idoneus etiam aberat: cuius opera & ingenio illa pendebant. Rursus igitur ne te pigeat recitare.

Et CAPNION. Iam uespera est inquit: & id temporis imminet quo præ nocte confici nequeat/tantũ tamq; diuinũ negociũ: ac plane sacerdotiũ: & sapiẽtibus philosophis/ipsaq; luce dignissimũ. Nec enim Brachmanas imitabimur noctu potius cõtemplantes: quibus ater cultissimus est color: propter creberrimũ solis ardorem: fere omnia sua denigrantis. Locus item iste tam arcanis ceremonijs incõgruens: tam cælesti dono impar: tam sacris ritib⁹ nimiũ superq; ppbanus: atq; ideo mutandus esse uideť: Inq; sacellũ (si uestra quoq; est sentẽtia) secedendũ nobis tam excellentissima sacramẽta psuadeant. Igitur rem omnẽ in crastinũ differre: multo satius iudicať: quãdo in ædem meã suburbanã ac pene luco insitam: cõueniendi facultas est. Interea uos hoc noctis mementote: quid inter disserẽdũ decreuim⁹ omniũ maxime sentiri: & cõstantissime credi: & apertissime prædicari/laudariq; debere. Sola enim recta fides: est ianua miraculorũ: quã si negligas: penetrare nequeas: & arcearis iuste ab adytis & ab oraculorũ cõcionibus. Tum SIDONIVS: perplacet inquit statutũ & tempus & locus. Tu uero caue de nostra fide nil dubites. Credo: tua probitate simul atq; doctrina singulari ductus: quicquid iusseris. Et ego inquit BARVCHIAS haud aliter atq; tua sententia est/credam. Quod nisi facerem: citaret Sidonius mihi Lini antiquissimi carmina: quib⁹ præcipit: qd credenda sint omnia. Nihil enim est incredibile: facilia deo omnia sũt: nihil est impossibile: Verbũ e uerbo Lini uersus (ut nostis) hæc insinuant. Sed & Pallas apud Homerũ: cuius hac occasione reminiscor: introducit Achillem tali sermone consolans. Veni ego quietam factura tuam iracundiã si credideris. Libentius ipse mea quædam adduxero: Danielis uidelicet historiam: q̃uis non Hebraice sed Chaldaice scriptam. Hoc enim solo qd diuinitati sanctus ille uir credidit: Leonũ pericula illæsus euasit. Sic nãq; ueritas sermonis habet. Et omnis læsio non est inuenta in eo: quia credidit deo suo. Igitur credam ego quoq; cum Sidonio pariter/ quicquid iusseris. Tum CAPNION mox tabulas quasdã producens exhibuit: & res inquit agitur bene. Vos istas ferte domũ quisq; suas: In quibus catalogi more breuiter uniuersa sunt descripta ueræ fidei: quæ uobis credenda prius decerno: quatenus haud frustra institutũ cõuentum coeamus. Valete. Tucq; Capnion uale fœliciter: utercq; discedendo respondere.

FINIT IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LIBER PRIMVS: QVI PRAESCRIBITVR CAPNION: VEL DE VERBO MIRIFICO.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

EIVSDEM IOANNIS REVCHLIN IN LIBRVM SECVNDVM CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO PRAEFATIO.

PRiori die fœliciter consumpto Sacer Antistes Dalburgi: oro te patienter audias: quonam modo experrecti post somnũ tres philosophi ante lucẽ conueniũt: & totum diem de uerbo mirifico disserentes consumũt. Cui diei potior Baruchias præest: sicut hesternæ Sidonius. Hodie nãq; multoplura de Chaldæorũ & Hebræorum libris sumpta cognosces: ad quorum captanda principia sic:

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO LIBER SECVNDVS.

SIDONIVS COEPIT. Assumus Capnion: & antelucanũ ipsum quasi præuertimus importuni. Sic enim Baruchiam hunc quoq; non incedentẽ sed properantẽ uideo: ne quid tuorũ negligat. Vis? Calcaria impressero: q̃uis currenti. Heus tu Baruchia in sacellũ: at ille uix anhelo spiritu: Adsũ inqt & tecũ Sidoni: q̃q̃ paulo serius/ tamẽ præ mature ut arbitror: Cũ ne humentẽ aurora polo dimouerit umbrã. Certe dignus hic locus philosopho: illumq; demiror Capnion: qui præter morem tuæ gentis: uel nũc potius nostræ/ quoniã tuos fore nos feceris: nõ idola quæ latine signa dicitis: neq; ullas continet imagines: nisi quid in penetralibus ac in hisipsis adytis lateat. Et ecce crux ipsa est. Tũ Sidonius: Mitte Baruchia nũc: an nescis qd in tabulis? Caue molestiã nobis parias qui lõgioris moræ autor sis. Sed age Capnion: doce nos de uerbo mirifico: uel si illud fuerit aliquod nomẽ etiam pluratiuũ. Nihil enim ea in re tanq̃ grãmatici urgemus: modo id fuerit quo nos in natura constituti supra naturam: ut aiebas: operari miracula poterimus: siue hoc fiat præuidendo/ ut sunt uaticinia: seu res ipsas efficiẽdo: quarũ naturalis causa uulgo ignoratur: ob idq; peritissimis etiã uiris admirãdas. Sunt nãq; res quædã sic natura cõcretæ: quas admiramur uel raro uel nusq̃ cõspectas: ut Hermaphroditi olim Androgyni: ut phœnix de qua cantat': Conuenit ægyptus tanti ad miracula uisus: Et rarã uolucrẽ turba salutat ouans. Eam se dicit Herodot⁹: q̃uis multũ tẽporis expectatã: tamẽ nusq̃ uidisse nisi in pictura. Vt itẽ unius partus quinq; pueri: cæteraq; mõstrosa. Et si qua ipsi naturæ adminiculo fabricam⁹ ꝓdigia: ut est apud Democritũ de Chamæleontis iecore in summis tegulis exusto: qd' himbres & tonitrua cõcitat: ut etiã Architæ Tarãtini colũba lignea quã uolitare parauerat: quale nos ipsi & uidimus & fabrefacere nouim⁹. Hæc & his similia/ uel natura sentiẽtibus nobis/ uel nos adminiculo naturæ ꝓcreamus: quæ ratio physica illitteratis crebro & mœchanicis hominib⁹ ac minutis cõsciẽtijs facillime probat: Nihil horũ ex te cõtendo discere. Ita eni uulgata sunt/ ut in triuijs & compitis atq; adeo in quotidianis sophistaꝝ auditorijs legant'. Neq; mirifica quoq; machinamẽta ea quæ astrologi ꝓmittũt/ uel in cõponẽdis imaginib⁹/ uel sculpẽdis annulis/ ul' prædicẽdis euentis/ uel fortuna infortunioq; dispẽsandis: & oino incõprehẽsibili cælorũ potestati naturis inferiorũ singillatim applicãdis: quæ qm̃ tã fallacia & tã diuersa inter se usu ueniũt: ut & ipsi autores eius scholæ inuicẽ aduersent'/ & tantæ tãq; inexuperabilis diligẽtiæ infinitiq; laboris existãt/ ut sub artẽ nõ mẽdacẽ cadere nequeãt: malim ꝑ qetẽ uera dicere/ q̃ cũ sũmis laborib⁹ quosq; fallere: deridendã conditionẽ ꝓfessus quæ dedita opa mẽtiri doceat. Lucidissimũ eni ueritatis argumentũ est cõsonã-

tia: Cōtra uero mēdacij discordia. Sed quid in ea arte quā appellāt/cōstans/firmū atq; sincerū inuenies? Nō de astrorū mēsura loquor: q̄ nil certius esse & mathematici & peritia ipsa indicat/sed de cōcepto ex eis iudicio: cuius uniuersa fallax est semita & stulta opinio: præsertim in ijs quæ corporū qualitates & elemētares dispositiōes & anni momēta & temporū signa excedūt/ ut tuus Baruchia Moyses innuit. Videte q̄ sint inter se uarij. Nā Abumasar quē illi præsidē ei⁹ facultatis & magistrū adorāt: ubi de iudicijs agit: quosdā inquit astrologos putare planetas de rebus tantū uniuersalib⁹ significare/sicut de elemētis rerūq; naturaliū specieb⁹: At uero de singlis & singulorū partib⁹ atq; actib⁹: scilicet moueri/quiescere/siliaq; nihil penit⁹ demōstrare. Alios aūt arbitrari stellas ostēdere tantū quæ necessaria sunt: uidelicet ignē quidē calidū esse: aquā uero frigidā: non tamē quæ sint cōtingētia: ut qd̄ homo loquit̄ aut tacet. Alios deniq; opinari planetas portēdere tantū mutatiōes temporū/& quaten⁹ ꝑ eas coporibus accidat. Posteriores uero astrologos sequi ueteres: nec ulla ueteꝝ dicta iudicādi quidē intētioni cōducere: quoniā dicāt impossibile fore sapiētib⁹ etiā astronomis qcq̄ de iudiciorū sciētia inuenire: Nihilomin⁹ audent introducere disciplinā q̄ se nobis ꝑsuadere nitant̄/ minutissima etiā pūcta hūani cogitatus scire/& uniuersam in rebus naturā ꝑuertere atq; reuertere posse. Quos nihil terret Ptolomæi admonitio: qui asserit talē prædictionē maiori ex parte nos fallere. Nihil principiorū suorū lubrica ratio auertit inani figmēto simillima: quā aliter antiqui: aliter Ptolomæus: aliter Haimon: alit̄ Hermes accipiūt. Nihil infinita secūdaꝝ causarū cōuentio/quæ uni rei acidūt. Nihil tanta de nobis astrorū distātia & innumerabilia media. Nihil eorū tā icerta cōgeries: tā incōprehēsibilis syderū multitudo: usq; adeo ut & sint quæ nōdū uiderint: & orianť primū quæ se nusq̄ aspexisse fatent̄: quorū uirtutē necesse fuerit in orituris atq; regēdis substantijs pariter admitti: cū tantula stella quā alij Canē: alij Syriū uocāt: dn̄atorib⁹ planetis sextili mense tantū ardoris addat uix dū uisa. Neq; multū te flagito ut nobis edisseras qbusnā modis ꝑ factionē magicā cōtingat miracula fieri. Ego enim haud parū tēporis in eo præstygio cōtriui: q̄q̄ uane: tamē eius nōdū me pœnitet: q summis ratiōibus cæteros mortales hoc facili⁹ a tanta ꝑnicie possum auertere. Nam cū totā ætatē in tam sacrilego negocio cōsumpseris: Inde nihil qd̄ sit sed qd̄ forte uideat̄: egre tandē extorseris: cū expectatōe summi periculi uitæ atq; necis. Ita ipe Roberthū Anglicū apud Heluetios misere mortuū: Et alterū quēdā cui⁹ nomē taceo/ miseri⁹ captū famaq; mulctatū noui. Plures etiā florētissimos in ea arte q̄ miserrime hoc mūdo defunctos fuisse/testātib⁹ fidelissimis hominib⁹ audiui. Solēt eiuscemodi quidē honore tenebrarū potestates suā clientelā afficere. At si qui sunt q nō ligaturis aut adiuratiōibus maloꝝ: sed quieto bonoꝝ dæmonū auxilio magicā se putāt exercere: qd̄ forsitan ita eis uisū est: tamē sic habent inuoluta omnia: ut prius uniuersa quoq; astrologorū quæ supra paucis refutauim⁹/una cū præscriptis sacrorū suorū ritib⁹ ad unguē obseruare cōmiscereq; oporteat. Ingenio quidē hūano itolerabile nimiū/ ne dicā impossibile. Vix enim tota homis ætas ad ei⁹ facultatis libros tantū legēdos suppetit/quorū Mercuri⁹ solū uniuersalia sacroꝝ cōplexus/trigintasex milia quingētos & uigintiquiq; scripsisse ꝑhibet̄. Quid putatis de reliquis? lā deniq; ꝑmitto qd̄ tandē longis uigilijs: multo conatu: diligēti obseruātia/arcanæ fueris magicæ admirāda secreta cū astrologorū adinuētiōib⁹ abūde adeptus: qbus obaudiāt manes: turbent̄ sydera: cogant̄ numina: seruiāt elemēta: uelisq; cū inexpugnabili ei⁹ disciplinæ potestate & cæca numinū coactorū uiolētia: uel si malueris opportuna cādidorū deorū caterua expertē oīs ruditatis operationē cōficere: tn̄ attonit⁹ tūc quidē & stupefact⁹ tanta dæmonū turba q numen id quo tu in sacris ꝓpitio ad ob-

iectā actionē uoles uti/tanq̃ præcurſores & pompæ quædā præcedūt/abhorre/
bis opuſcq; infectū relinques:detrimēto tibi & cæteris ludibrio futurus. Eſt nāq;
Iamblicho Porphyrioq; autorib⁹/notū quidē nemini quāta uirtū multitudo ſuſci
tari ſolet quādo deſcendūt dij atq; mouent: niſi ſacerdotib⁹ illis qui labore ipſo
iam experti ſunt. Enimuero qui nō unūquēq; proprio quodā bonore ꝓſequit:
nec diſtribuit omnib⁹ qd cuiq; cōgruit morēq; gerit & gratijs & oblatiōib⁹ & do
nis eorū cōditioni ſimillimis: ipſam numinū præſentiā & optatos effect⁹ nō aſſe/
quit:quēadmodum in harmonia ſi una chorda frangat:tota ſubito diſſonat. Hi
ſunt loci:hæc firmamēta diſciplinæ ac ipſæ methodi artis. Ergo graui nos mole/
ſtia Capnion & importabili onere leuaſti pollicitatōe tua:qui noſtrū ſtudiū a tot
aſtris:tot dæmonib⁹:tot præceptis:tot ritib⁹ & uanis obſeruatiōib⁹ liberare ue/
niſti. Nā ut cælites omittā/quot & quāti ſint q ſūt inumeri ꝓm infinitos mētis pri
mæ cogitat⁹ ſiue ideas:quorū ferūt antiquū illū Orphea introduxiſſe: nomina/
tim trecētos & quinquaginta deos: Solū terrena nobiſcq; ꝓxima cōſyderabim⁹
numina:ex quib⁹ ipſe paris uetuſtatis nobiliſſim⁹ ſcriptor Heſiodus terdecē mi/
lia in operū dierūq; libro numerauit. Horū ſingulis parētare/ſupra hominē eſt:
& uires noſtras ſuperat. Sed iam ſol oritur/incipe omniū ornatiſſime Capnion.

Tū ille. Si me inquit natura paulo in dicēdo uberiorē ac nō tā moroſū edidiſ/
ſet:profecto quātū ego mecū reputo/habēda tibi gratia foret nō mediocris Si/
doni: q tantā miraculorū ſyluā oſtenderis: unde nobis cedua ligna cumulatiſſi/
me ſuppeterēt:ad tā diuini opis ſtructurā ample magnificeq; illuſtrandā. Idq; ſi
unus ex Chryſippi ſchola eſſem:ualde gauderē:has tuas ornatiſſimi eloquij di/
uitias a te nobis ꝓpoſitas ex qbus copioſior mea fieri poſſet oratio. Sed nec ad
id elegantiarū uel nat⁹ uel inſtitut⁹ ſum:nec res qua de agit poſcit: Quinimo re/
ſpuit:qd diuinū atq; ſacratū eſt: ſermonis ubertatem & faleratis uerbis fucatas
ſentētias:præſertim in doctrina ſoli deo dicata/ubi ois eſt labes uitāda. Sed in ſa
cris admonemur: qd in multiloquio nō deerit peccatū: haud abſimile politio/
res quoq; litteræ iubent dicēte Flacco: Quicqd præcipies eſto breuis. Qd & cō
ſulto & neceſſario fact⁹ ſum/ut q breui omnia pagā. Equidē ſi nō mihi ſumma
uobiſcū haberi cœpiſſet familiaritas:more Pythagoricorū:pri⁹ unūquēq; ueſtrū
penit⁹ ſpectarē:& cuiuſcq; naturā/uictū/ſtudiū/affectionē/ætatē præſentirē: Lin/
guæ uero & auriū patiētiā & ſilentiū requirerē. Nō enim omnib⁹: ut Naçiançe/
nus ait:neq; ſemp neq; oia de deo philoſophari cōcedit:ſed eſt quib⁹ & quādo
& quātū. Vos autē ei negocio præparatos & æquos efficiūt collegas heſternæ
tabulæ quas domi cōtinetis. Nec a uobis ultra quid exigo: niſi quod Terētian⁹
Simo quæſiuit in Soſia/fidē & taciturnitatē. Annos enim plurimos ſupra uigin/
tiquinq; nacti eſtis: citra quē terminū nulli hebræorū/qd hic Baruchias uerū fa/
tebitur/ſcripturas diuinorū ſecretorū cōtingere phas eſt:eritq; inter nos cōſue/
tudo eadē nō illaudata. Deinde nō eſt ꝓphanæ multitudini/ſed ſolis ſacerdoti/
bus hæc nr̄a ſacratiſſima functio prodēda: qd de ſūmis ſacris & Plato Dionyſiū
Syracuſanū:& Dionyſius Areopagita Theophilū accurate ac diligēter admo/
nuere. Sacerdotes uero ſine controuerſia nos ſumus. Etſi mille nobis Antiſtitū
man⁹ impoſitæ ſūt:dū modo cū religiōis cultu diuinā ſapientiā teneam⁹. Eſt eni
uera Lactantij Firmiani ſentētia in ijs uoluminib⁹ quæ ad Cōſtantinū impatorē
ſcripſit:qd ijdē ſūt doctores ueræ ſapiētiæ qui & dei ſacerdotes. Igit ne ꝓphani
eſtimemur:& ueræ philoſophiæ tractatio & unius dei reuerētia prohibet. Sola
uero hūilitas tātæ rei aptos auditores:& ſpes attētos: & fides dociles nos facit.
Omniū aūt præſtātiſſimū eſt feruēs amor:qui nos in opatiōe cōſeruat:& effect⁹
ad uota largit. Cū igit miraculorū ois ars ſi qua uere nominari queat: ut hic no/
ſter Sidonius docte gnauiterq; recēſuit: In tris partes diuiſa/quarū unaquæq; p

se specialis & propria facultas sit: uidelicet in Physicã/Astrologiã/Magicã: quæ tam Goetiã in se q̃ theurgian cõtinet: cõiungãturq; om̃s ita inuicẽ sintq; cognatæ: ut qui astrologiã sine physica polliceat̃/nihil agat: & qui magicã sine astrologia & physica ꝓfiteri audeat: a uera ratiõe multũ aberret. Vosipsi uero eas oẽs abijcitis propter uanos exitus & post imensa laboriosaq; studia frustratos euentus: postulatisq; a me denuo ut quartã uobiscum uiam ingrediar: quæ soliloquia possumus appellare: ubi quodcũq; ꝓpositũ ad cõmoda petentiũ uota succedit. Faciã quoad licet: & quãtũ in me situ erit: qd̃ diligẽtissime poscitis nihil negabo. Sed hoc imprimis scitote/ qd̃ etiam a Pythagoricis Platoneq; ipso iãdiu sancitũ fuit: diuinarũ rerum perceptionẽ a nobis inueniri qualibet arte nõ posse: Verũ tamẽ desup reuelari: quod & Plotinus dedit & Proculus acceptũ cõfirmauit: & nõ solũ uestri sed etiã nostri theologi attestant̃. Decebit nos prius quidẽ purgatos offerre cõmendareq; deificæ luci: & tũc illã supercælestis aquæ pluuiã in capita nostra descendentẽ præclusis sensibus: mente quieta expectare laudantes interdũ & adorãtes id pelag⁹ bonitatis: ex quo nõ tantũ mirifici nominis & sacrorũ uerborũ: uerũetiam omniũ mirabiliũ ad nos usq; deriuant̃ fluẽta & diuinissimi emanant riui. Principio igit̃ humi ꝓcidentib⁹ nobis/hic hymnus Ionico modulamine: & accentu sacris animi concitandi causa debito proferendus est.

Hymnus Ionico modulamine & accentu sacris animi concitandi causa proferendus.

Rei oĩs generatorq; opifexq;. Superũ rex: genij lux: hominũ spes. Tremor umbris tenebrosi phlegetontis. Amor incredibilis cælicolarũ. Pauor inuincibilis tartareoꝝ. Celebris relligio terrigenaꝝ. Adonai Adonenu Elohenu. Basilæus pantocrator protogenethlos. Deus unus: deus idem: deus alme. Veniẽs desup illabere nobis. Hoc hymno de more dicto/rursus Capnion cœpit. Omne homis miraculũ cui⁹ uera & nõ imaginaria deꝑhendit̃ substantia: tũ grande: tum mediocre: tũ minimũ si ordo sacrorũ præscriptus obseruetur/referẽdũ est semp in deũ gloriosum/cui⁹ nomẽ sit benedictũ in sempiterna sæcula. Is enim solus est qui uel seipso uel delegato nõ sine seipso uel ꝑ substitutũ ex seipso talia facit qualia demiramur quorũ causam adæquatam scire non possumus uel qd̃ fiant uel qd̃ hoc modo fiant. Præceptũ istud ex sacrorũ armario depromptũ extat. Sic enim diuinus hymnus cõtinet: Benedictus dn̄s deus Israel: qui facit mirabilia sol⁹. Si solus/ergo nõ homies: solus ergo nõ dæmones: solus ergo non angeli. Igit̃ solus deus seipso aut ꝑ creaturas. Nã explorati iuris est/quod quisq; per se id per aliũ suo nomie facere potest. Et Aristophanes statim inquit: regit Iupiter per aliquẽ deorũ: nõ qd̃ dei summi loco regant dij gregales. Esset enim sic absens deus cui⁹ locũ illi cõplerent. Id nobis dicere nõ permittet philosophis Opilio ille Virgilian⁹ qui cecinit inter pecora: Iouis oĩa plena: quinpotius qd̃ in nomine dei regant angeli/gubernẽt officia & munus exequant̃ sibi delegatũ: q̃bus iussa capessere phas est: in quib⁹ de⁹ habitat: & ĩ quib⁹ uehitur: & sup quib⁹ ambulat. Haud secus atq; nosipsi mortales/ut inquit meus Paulus: cooperatores sumus dei: cui⁹: Arato teste in phœnomenis: & genus sumus pariter cũ angelis in quib⁹ & ꝑ quos agit quod uult. Non igit̃ nos sumus q miracula facim⁹: sed deus optim⁹ maxim⁹: cui cõfitemini qui facit mirabilia magna solus: quoniã in æternũ misericordia eius. Habetis istic quis sit oparius: qm̃ deus deoꝝ. Habetis quæ sit opationis causa: quoniã in æternũ misericordia ei⁹ & pietas & bn̄ficẽtia & gratia: nõ ius: nõ rigor: nõ debitũ: non ulla deniq; obligatio. Habetis quis mirabiliũ operationũ finis: quoniã confessio & magnificẽtia & gloria & honor & cultus quo dignus est deus deorũ & dn̄s dominorũ: cui cõfitemini quoniã bonus. Quare pudeat aliquos & quidẽ ut ipsi se putant optime de philosophia meritos: qui cũ alia multa nõ mediocriter insaniæ atq; demẽtiæ semitam gradientia profitent̃: tum hoc uel maxime moliũtur ut nobis persua-

deant artem esse certam ad cuius regulam necessitate quadam deorum uoluntates uel angustijs uerborũ uel characterum uinculis astringant: cum iniussi nihil agant: & qui iusserit nõ regi sed regere consueuit: quippe q summus est: iccirco figmentis inferioribus nequaq̃ subiectus. Porro præstygiorũ esse doctrina potest: miraculorum uero nulla: nisi feruens cum diuinitate unio: Qua non ipsi nos per deum: sed deus per nos suorum amicorũ uotis gratificando aliquid efficiat quod cæteri admirent. Non igitur impune Moyses in deserto Zin & frater eius Germanus populo suasere de petra durissima se posse aquam producere: Neq; id uero autori attribuere: sed eatenus sibijpsis præsumpserunt: quatenus claritudo nominis ipsorum in plebe cresceret: Nimium quidem stulte: ut dum cauebant ne propria erga subditos minueret grauitas: paterentur quod dei læderetur maiestas: Quare ad terram lacte melleq; manantem uetiti sunt accedere: ut discant iuniores: miraculorũ operationem in unum summũ maximum deum referri debere qui facit mirabilia magna solus. Non nobis profecto non nobis: sed dei nomini danda est hæc gloria. Ergo neq; nos Sidonius inquit miracula facimus: neq; artificiũ ullum esse poterit quo ea facere discam⁹: Quare frustra de nomine mirifico dicturum te nobis: uix tandem expectauim⁹. Frustra mihi hanc noctem pene insomnem deduxit sciendi cupiditas eius rei cuius ut tu prædicas nulla sit ars: cuius ne ipsi quoq; si aliqua esset capaces simus. At ædepol uel hoc mihi Capnion mirum mirabilissimũ uidebitur: quod quæ antea tam egregie affirmasti: nũc neges. Dixisti si recte memini: quod mirabiliũ operꝝ ipsimet effectores sim⁹: Iã aliud narras qd̃ neq; dij neq; nosmetipsi: solus autem deus. Quæ est tanta inconstantia: modo ais: modo negas: quãq̃ contra te rebus maiorum nostrorũ ætate gestis q̃ acerrime bellari possumus & in pugna uincere. Nam ut poetica mittam⁹: de muliercula Quæ se carminibus promittit soluere mentes Sistere aquas fluuijs & uertere sydera retro: Vel inter mille Lucani magica Quod carmine thessalidum dura in præcordia fluxit Nõ fatis adduct⁹ amor: Vel de Pirithoo qui prim⁹ dicit a cælo lunam detraxisse: Vel Homerica de Circes omnipotentia: Vel Maronica de Protei uersutia. Malo historijs tecũ decertare: quæ quãq̃ sunt admodum innumerabiles: tamẽ ut aliquas cõmemoremus: negare non audes: Tarquynium priscum pro Actij Nauij auguris sententia: ut est apud Liuium: nouacula cotem dissecuisse. Pythagoram uno momẽto & in Thurijs & in Metapontijs fuisse. Apolloniũ e Smirna subito in Ephesum uerbo dicto translatum esse: qui & Romæ dicit uerbis occulte pronunciatis: puellam nuptiarum die moribundam resuscitasse: cuius ille nobilis scriptor testis est Philostratus. Hoc exemplo & ea spe de te confisi sumus pari doctrina institui: ut omissis sollicitudinibus magorum: obseruationibus astrologoꝝ: perscrutationibus physicorum: solo possemus ore nostro subitas res admiratione ac rumore dignas efficere: quæ in nobis ueram esse philosophiam probarent. Nã quid iuuat mirabilia multa quotidie discere: nulla unq̃ facere? De nobis opinio in plebe est magna philosophiæ ac omnium rerum scientiæ. Sic enim illam describũt: esse scilicet diuinarũ humanarũq; rerum noticiam. Sed oro uos amici optimi: quã præstabim⁹ satisfactionem populo insignem atq; illustrem studiorum nostrorũ: dum eiuscemodi opera desunt? Parum est nos litteras nosse: quas & quiq; abiectiores didicerũt. Nihil extollit disertos esse: quod natura mulierculis cõcessit. Nihil etiam qd̃ tot & tam perplexas scholasticorũ quæstiones uel intricare uel extricare profitemur: Quapropter nos ipsos poti⁹ stultos & insanos q̃ sapientes uulgo arbitrant: adeo certe ut in uituperium quasi nomẽ philosophiæ nostro æuo deuenerit. Viuere etiam religiose gentilicia sacra inuitãt:

& mores cogunt: quare ualde minutũ erit quo nos ab indocta plebe distamus: nisi admirandã professionẽ nostrã mirifica pariter opera consequant. Eo cõmo tus gymnosophistarũ ille princeps Thespion / philosopho Tyanneo qui fama ægyptiacæ scholæ illectus ad explorandã illorũ disciplinã de longinquo adue/ nerat: inter sapientiæ discipulos cum quibus in horto disputandi gratia cõsedit: ulmum quæ tertia ordine ab illis fuit arbor: ostendit: & O lignũ inquit alloque/ re sapientẽ Apolloniũ ut agnoscat nõ esse impossibile a nobis quoq; possideri sa/ pientiã. Itaq; scd'm mandata locutũ est ei lignũ articulata & fœminea uoce. Nõ putabant se probari philosophos nisi prodigium ostentarent qd' omnẽ humani iudicij sensũ excederet. Quia uero tu id soli deo tribuis: hominib⁹ negas: haud scio quonam modo tuos extenuare studes: qui sunt tamen in miraculis agendis amplissima laude cantati. Taceo apostolos quorũ immẽsa fuisse dicit' in rebus orbis terrarũ uniuersis potentia. Quid uero Philippi eius qui Candaces quæsto rem erudiuit filia una de quatuor Hermione: quæ Traiano intuente uirgis mul/ tum cæsa: nihil lædi poterat: quo imperatore mortuo iterũ Hadriani iussu fusti/ gata hymnos cecinit. Deinde lebeti / plurimo igne succenso / plumbo & feruẽti sulphure imposita: suspiciens cælum: descriptoq; signaculo fecit / dicto citius / & ignẽ extingui & plumbũ eluctari: Atq; præsentibus cũctis O rex inqt: testor deũ cæli nõ me plus caloris sentire q̃ tuipse sentis. Nam uisa est omnib⁹ in rore pene ac ipis floribus uersari. Rursus autem incenso lebete / nihil secus atq; antea illæsa permãsit. Possem annales & res gestas multorũ citare: ac de quodã in Atroa lon giorem historiã texere Petro nomine: Sed tẽperare mihi statui: ne uos doctissi/ mos homines docere uidear: ut aiũt sus Mineruã: tamẽ de hoc homie uel illud recordabor: qd' Halyn fluuiũ siccis pedibus transijsse scribit'. Tum si Capni/ onem intelligas Sidoni: Barucbias inquit ut maxime debes animo attento & di ligenti: profecto multa nobis ad rem frustra sermocinatus es nisi fallor. Nam is utriq; nostrum recta ꝓposuit: q̃uis ea tu sinistre acceperis. Recordare quidnam hesterno die post summæ diuinitatis cũ humana imbecillitate inestimabilẽ cõ/ iunctionẽ: societatẽ: unionem / mox intulit: posse nos in argumentũ eiuscemodi diuinæ cõuersationis uno uerbo miranda prodigia facere. Id ego sic iudicauero ut solent operationes rebus ijs uulgo impingere: a quib⁹ illas emanare quotidie rudi oculorũ cõspectu cernimus. Quale in odis Horatianis hoc extat: Trahũtq; siccas machinæ carinas. Nam si uim sermonis penetres & non potius dicẽdi cõ suetudinẽ animaduertas: nullam inueneris machinã quæ naues trahat: sed nos/ ipsi ingeniose quædã nobis machinamẽta struimus p quæ tantã molẽ in fretum leuiter diducimus. Quo fit ut rectius nos machinis trahamꝰ carinã: Sed magis ad oim loquẽdi morẽ quadrat: ut cũ poeta dicamꝰ: Trahũt siccas machinæ ca/ rinas. Sic & cogemur Homerũ uitij æqualis insimulare de Phereclo talia scribẽ/ tem: & quod fuerit omniũ faberrimus artifex: & quod Alexãdro naues omniũ maloꝝ autores fecerit: quæ & uniuersis Troianis pernicies fuerũt: & ipsi quoq; Paridi. Quid accusabimꝰ naues Phereclí: quæ nocere nequiuerãt absq; rectore? Alexander itaq; damnũ dedit: non naues. Hic tu reprehende Sidoni pruden/ tissimũ & maximũ poetarũ / qd' naues dixerit Phrygijs nocumẽtũ fuisse: in qui bus Helena Troiam deducta sit: ac non potius Priami filiũ: qd' adulter raptũ fe/ cerit: aut Ilium ipsum qd' Helenam receptauerit. Sed usus ut in multis alijs: sic in hac causa præualere debet etiã inter nos q̃q̃ de diuinis tamẽ bũano sermone lo/ quẽtes: ut dicamꝰ spũ dei plenos homies miracula facere: cũ tamẽ ea præcipue deus ipse p hominẽ faciat. Ego uero te crediderim nõ tã fatuo gustu: quin hæc me longe melius præsipueris: Et tamẽ de tarditate Capnionis uoluisse cõqueri: qui nos tanta cupiditate mirifici nominis suspẽsos habet: uel ut auidiores morã/

Hermion. filia Philippi.

Petro T Atroa

Homer.

Homerus de Phereclo

Virgil.

do nos cõficiat: qd quãtũ me attinet fieri nõ potest. Nã nihil est uspiã qd plo expeto: uel ut ea mora collũ se putet ex capistro erepturũ & sic ꝓmissis erepere. Qd hoc minus eũ arbitror tẽptare: quia tanti ꝓbitatẽ facit ut incredibili uerecũdia erubescendũ sibi ducat si fidẽ fluxã gerat. Sed sunt genꝰ hominũ q talentũ libenẽ suffodiũt & sciẽtias occultãt: & malũt inertiores uideri ne doceãt: q̃ docẽdo æmulos parere. Nescio si dissimulet ex eoꝝ numero esse. Equidẽ in cõmunione lrarꝝ optarẽ singulos mei sil'es & tã ꝓfusos esse in edẽdis ijs quæ animo gerimꝰ & quæ nobis eruditiõe accumulamꝰ. Nã si q̃ me fortasse amore mei deceptus puto scire cõfestim quæro auditorẽ: quẽ ut ex me discat & oro & aliquãdo uix tandẽ exoro: ita plurimũ delector cõmunicatiõe ac liberalitate studioꝝ. Experiamur itaq; in Baruchia Sidoni respondit Capnion: uerũ ne dicat an fingere secũ hũc sermonẽ cõstituerit: quo me facilꝰ in angiportũ cogat. Dic age de uerbis quæ tui cõtribules in arcanis habent: & ferme sub modio ut aiebas recõdũt. Ea enim te multũ relegisse ostẽtabas. Iã ego serio studiosis uobis assentior Hebræos nõ nihil facultati nostræ cõtulisse: quos & imitamur sæpe rectius q̃ cæteras gentes: quorũ quidẽ religionẽ cõstat patrũ memoria plurimã diuinitatẽ habuisse deũq; rite coluisse. Et faciã nõ coactus Baruchias inquit: ne uel fugiẽdo quærere gloriã: q à tãtis uiris rogari patiar: uel aliud dicere & aliud facere uidear. Pauca enim sunt quæ de sacris nominibꝰ ab Hebræorũ schola institutꝰ sum: & iccirco paucis expediã. Sed obstruite pessulũ: ne ministroꝝ aliquis exaudiat: neu sacra prophanis ridiculo futura sint: & margaritæ a porcis fœde calcentur: Consulto quoq; conabor obscurius loqui: modo quid uelim uosipsi pro ingenij bonitate intelligatis. Cõsortiũ diuinitatis cũ mẽte hũana facit qd deus homine utiẽ pro instrumẽto: haud secus atq; peripatetici de actiuitate sensitiuæ & uegetalis naturæ docent. Nã ubicunq; est uegetatiuũ in sensitiuo: ibi uegetatiuũ erit loco instrumẽti & sensitiuũ sicut principalis motor: q cũ agere cœpit nõ ad inferius seipso mouet: sed ꝑ media utrisq; cõuenientia quoad eius fieri põt ad sui par & consentaneũ: & ad id quo cũ uersari queat. Potestas enim in animalibꝰ alũna & nutrix medio calore: qui tamẽ sit occultæ cuiusdã & digestiuæ ꝓprietatis internũcius crudũ cibũ digerit & uersat. Nam quo calor est: hoc nõ magis trãsformat. Aliter enim in foco uelocius q̃ in stomacho nutrimenta cõcoxeris: cuiꝰ aduersum modũ plane cernimus: Sed quasi character & imago quædam naturalis pacti ad digerendũ calor ille tanq̃ aliquis prosoneta intercurrit. Iccirco nõ permanet cibus/ sed in aliam substantiã migrat: Quem nõ in herbam uel plantam nutrix uirtꝰ trãsmutat: Fieret enim sic uegetabili similior: quinimo de industria illum in carnem conuertit ad tangendum aptissimam: ut per tactum in ea sensitiuus ipse motor habitare queat. Sic igitur exuperantissimꝰ omniũ deus qui ad sui exẽplar: teste Mercurio ter maximo: duas finxit imagines: mũdũ & hoiem quo luderet i orbe terraꝝ: ut est i pabolis: & delitijs fruereť in filijs hoim. In mũdo ludit mirificis opatiõibꝰ nõ syderea uel elemẽtari tantũ uirtute: uerũetiã aliquãdo ꝓprietate occulta. Quẽadmodũ de Coralij aut aliarũ rerũ appensione medici ꝓbant: non qd calidũ sit aut frigidũ hoc uel illud: sed quia tale: quõ diximꝰ in animali nutritiõe: nõ calore præcipuo: sed ꝑ tale aliqd trãsformationẽ reꝝ digestaꝝ fieri. Et sicut calor naturalis in digestione alimẽtoꝝ q̃si umbra est locũ tenẽs occultæ ꝓprietatis: ita in effectibꝰ ex secreta rerũ dispositiõe ortis q̃ indiuiduũ alterũ differt ab altero: nõ ipsa natura: ut uulgo putãt: sed obscuriꝰ aliqd qd naturã præcedit in causa est: cuiꝰ instar & typũ in cõmuni sermone ipsũ naturæ uocabulum gerit. Habetis iam de mundo: Videamus pariter de homie: qui & Microcosmus a græcis dicit: cuius cõuersatiõe plusq̃ mũdi se deus ipe oblectat: quem pro captu quidem humano in se transformare studet: ut sensitiua nutri-

Cõsortiũ diuinitatis cũ mẽte hũana.

Aphorism.

Metam

Eupabis omnium Deus in sui exẽplar duas imagines fin. /15.

Mundũ

Hoiem

quo luderet orbe Diuersi Pabolis & delitijs fruere filijs hoim.

Deus quo i mundo ludit

Deus ꝓprietatis hois ꝓprietate plusq̃ mundi se oblectat.

Calor amoris.

tio alimoniam: Idq; facit quoad nos calore amoris quem concepimus: quoad se uero proprietate occulta quam ignoramus: siue tu eam fœdus nomines seu tractum inenarrabilem aut alio quouis modo. Quis autem deus hæc omnia nullis causis intermedijs tanq; solus omnipotēs agere possit/ & paucioribus obseruatis actionū terminis: tamē multas uoluit suæ bonitatis participes cōcurrere: quas alij secūdas causas appellare: alij uirtutes: nōnulli deos aut angelos aut bonos dæmones consueuere: scilicet quicqd borū effectuū mediū intercedit/ id se affini cōueniētia ad motorē habet: & simul ad rem motam non enormi distātia. Aeternitatis igit domin⁹ nostra societate gaudens: sanctam mentē hominis inter suas delitias habet: quasi uicinā naturæ & origini suæ: Illāq; dum cernit obsequētem sedulo cultu & perpetua religione/ semp quasi amplissima uirtus nutritiua conat (quātū per imbecillitatē humanā licet) nō amoris solū calore: uerū etiā proprietate occulta in seipsum digerēdo transformare: ut & homo migret in deum & deus habitet in homine. At uero sicut ea proprietas qua transmutamur in deum & naturā humanā excedimus: secreta nobis & occulta est: ita iure optimo deus ei occulta & secreta quoq; nomina dedit: eisdemq; pacta quædam indidit: quib⁹ obseruatis mox ad eorū debitā prolationē pro uoto nostro præsens ipse accedat. Porro sicut in naturali digestione uirtus caloris est quā cognoscimus: & adhuc uirtus trāscorporatiōis recondita quā ignoram⁹: Ita in hoc diuinissimo in deum transitu: uerba quædā sunt quæ cognoscim⁹: & quædā quæ ignoramus. Cōuenit uero utriq; parti hoc uinculū uerborū: Deus enim spirit⁹: uerbū spiratio: homo spirans. Deus logos dicit. Verbū eodem uocabulo nominatur: hūana ratio dictione simili exprimit. Deus mente nostra concipit: & uerbo parturit: quare sicut ipse mētis sedē insensibilē: ita & uerbos sensibilē elegit mansionē: nō omniū/ nō fortuitu cadentiū/ sed quæ nobis diuinitas primū instituit: nō humana inuētio cogitauit. Scit enim deus cogitatiōes hominū quoniā uanæ sunt. Cogitatio aūt dei sospitatrix est/ & salutifera: pmanēs: inuincibilis & certa: quomodo putat ita erit: quomodo mēte tractat sic eueniet. Domin⁹ uniuersi decreuit: & quis poterit infirmare? Igitur nō omnia uerba numē possidēt: si me dicentē attente audiuistis: sed quæ summ⁹ mundi & hominū deus/ uel angeli perspicaces iussu ,puidentiaq; dei/ certo modo cōposuerūt: æternitatis harmoniā resonātia: diuinitatis tenacia: beneficæ dispensatiōis compagine spirātia: tanq; insensibilis deificatiōis sensibilia monumēta quæ litterarū imobili stabilitate & uocaliū membrorū sempiterna firmitate nixa: simul admittant & alternitatem modulatiōis incōcussam: & agilitatem pronūciationis non quæsitam aut fictā sed natiuā simplicē & uenerandā. Quibus internuncijs fœdus cum homie deus pcutit: nō quocūq; sed qui sanctimonia: pietate: religione: potissimū uero credulitatis fiducia clarescat. Igitur si decretū quoddā loquēdi cōciliare debeat humanā mortalitatē cū dei uirtute: decebit sacrosancta illa siue nomina seu uerba mauultis: prima recta & antiqua esse: quāq; ea uos barbara quādoq; propter incultam: id est simplicem antiquitatē cognominatis. Antiquū quippe accedit æuo: æuū æternitati propinquū est: & æternitas deo uicina est: qui supra æternitatem regnat: Vnde antiqu⁹ dierū a priscis theologis nūcupat: eo quod regno præsidet oim sæculoꝝ. Ideoq; barbara diuinitati cognatiora sūt. Vnde haud ab re Zoroaster prim⁹ ethnicorū theologus uetat barbara uerba mutari. Barbara uero dicunt: hebraica uel ,pxime inde deriuata. Flosculi nāq; sermonis & uenustas elegantiarū post Hebrū & linguarū distinctionē a curiosis potius q̄ sinceris homib⁹ est excogitata. Simplex aūt sermo: pur⁹: incorrupt⁹: sanct⁹: breuis & cōstans Hebræorum est: quo deus cum homine: & homies cū angelis locuti per/

Deus uoluit nōb nitras suæ bonitatis participes cōcurrere.

Quæ cū numē possident.

Deus qui antiquus dierū dicitur.

barbara cur q dicit sermone flosculi & elegantiæ uenustas a gtb. excogitata. Hebræus pmo

bibentur coram & non per interpretem: facie ad faciem: non per Castaliæ riuũ nec antrum Trophonij: nec arborem Dodonæ: nec Delphorum Tripodem: sed sicut solet amicus loqui cũ amico. Qd si putatis in meorũ potius laudẽ à me dictũ q̃ qd ita sentiã: cõparate linguas: & nullã puriorem: nullã inuenietis magis pudicã. De uetustate uero & ordine si nostris historicis minus confiditis: uel ex uestris discite/neminẽ omniũ scriptorũ inueniri q sit Moyse antiquior. Numerant ab illo usq; ad captũ Iliũ/trecẽti & decẽ anni: Quo tẽpore gẽti nostræ præfuit Abeson: Argiuis Agamemnon: Aegyptijs Vafer: Assyrijs Teutam⁹. Voluat interea mihi aliqs uolumẽ aliud: ante troianũ excidiũ p lras memoriæ proditũ: præter libros Hebreorũ. Nã post annos centũ & quinquaginta/tandẽ primarij græcorũ uates Homerus & Hesiodus Cicerone teste Troiã secuti sunt: quib⁹ paulo prior Orpheus cũ suis sacris fuit. Sed nihil ad nostrũ autorẽ q ualde longo ante tpe scriptas leges tulit. Supiorib⁹ enim sæculis reliquit Eupolem⁹ de regib⁹ Iudææ græcus historic⁹ in nobilissimis operũ suorũ monumẽtis Moysen apprime sapientẽ fuisse: & grãmaticã lrã q̃q; cognitionẽ Iudæis tradidisse: q eam postea phœnicib⁹ ob uicinitã largiti sint. Phœnices deinde græcorũ pueris rationẽ characterũ distribuisse: ppter alterna int se cõmercia: Quo Pliniũ puto cõmotũ ut se diceret litteras primordiales semp arbitrari Assyrias fuisse: licet alij apud ægyptios: alij apud Syros reptas uelint: attulisse tñ in græciã e phœnicia Cadmum sedecim numero. Varietatẽ banc regio tota facit inuicẽ cõtermina: Et fortassis etiã hoc qd nõ ualde diligẽtes quidã rerũ scriptores Moysen ægyptiũ sacerdotẽ dixere: ut Strabo cosmographiæ sextodecimo. Quodcunq; id sit: Moyses cui⁹ ad nos usq; scriptura puenit/antiquior extat: ante quẽ nulla litterarũ monumẽta legunt. Eam antiquitatẽ cõfitent multi græcorũ/q̃uis alius aliter. Noster quoq; Philon/& noster imo uester Fabius Iosephus: dũ antiquitatẽ titulo prænotat nihil a Moyse alienũ scribit. Polæmon item græcarũ historiarũ libro primo: Ducẽ eum Ogygi & Inachi tẽporib⁹: Appion doctus hõ ille Possidonij Amoside in ægypto regnãte principẽ trãsfugarũ fuisse/tã in libro cõtra Iudæos: q̃ etiã suo historiarũ quarto: Et Ptolomæus Mẽdesi⁹/in ægyptiorũ historijs meminit. Deniq; q in cõscribẽdis Athenieẽsium rebus clari habent & Hellanicus & Philochorus & Castor & Thalus & Alexãder Polyhistẽr cognomiatus: & oim historicorũ facile princeps Diodorus: q Asiã & Europã prope uniuersam diligẽter ipse suis oculis plustrauit. Hi oẽs uetustatis amplissima insignia de eo mirifico duce & præstãtissimo rerũ diuinarũ autore prædicarũt. Per quæ manifestũ fit illũ cæteris omnib⁹ & ætate tẽporis & antiquitate religionis & arcanæ opationis admirabili potẽtia & disciplina diuinitatis ante stare. Frustra enim a græcis uerba cælitus demeantia & diuino syllabarũ cõtenta suffragio nomina petieris ppter nouiciã dicẽdi artẽ/& nuperrimã uarietatẽ loquẽdi. Græci nãq;: ut ait Iãblichus Chalcidensis Porphyrij discipulus: natura rerũ nouarũ studiosi sunt/ac præcipites usq; quaq; ferunt instar nauis saburra carẽtis nullã habẽtes stabilitatem. Neq; cõseruãt qd ab alijs acceperũt: sed & hoc cito dimittũt: & oia ppter instabilitatẽ nouæq; inuẽtionis elocutionẽ trãsformare solẽt. Et iccirco ægypti⁹ quidã sacerdos recte Soloni apud Platonẽ in Timæo respõdisse laudat: quãdo aiebat: O Solon Solon græci semp pueri estis: nec est quisq̃ e græcia senex: quia iuuenis semp uobis anim⁹ in quo nulla est ex uetustatis cõmemoratione prisca opinio: nlla tẽpore cana disciplina: Quo forte ductus Ptolomæus ille philadelphus i cõquirẽdis antiqtatũ libris acerrimo uir studio cũ Alexãdriæ Bibliothecã pene replesset uoluminib⁹ ad milia ferme septingẽta/deesset q̃q; columẽ antiqtatis Moyses: & primũ uetustatis monumẽtũ: dicit tunc hierosolymas regios legatos misisse qui orarẽt curiatim de singulis tribubus sex uiros græce doctissi-

mos & aptissimos ad traducendũ pentateuchũ: uel potius id uolumen qd nos cõposito uocabulo Vigintiquatuor appellam⁹: secũ Alexãdriã cõmigrare: quibus uenientibus/rex ille nõ in urbe ipsa: sed ad Pharũ extra pene septẽ stadia: ne tumultu impediremur/iuxta numerũ interpretũ: septuagintaduas cellulas extruxit: Quas Hieronym⁹ ad Desyderiũ scribẽs/nõ putasset fabulosas: si paræneticũ Iustini martyris accuratius perpendisset: qui se uestigia cellularũ adhuc stãtia uidisse asserit. Ergo translata fuit ægyptio regi Hebræorũ scriptura in græcorũ linguã: ne inter tot uolumina: primis hui⁹mũdi elemẽtis carituris esset: neue cũ Solone illũ cogẽte ueritate aliquãdo fateri oporteret: neq; seipsum neq; aliũ græcorũ quẽq: cognitionẽ antiquitatis ullã habere: qd nos summa ratiõe cõmoneat ad secretas opationes nulla de græcis petẽda esse antiqua diuinisq; cognata nomina: Sed nec ab ægyptiorũ/quis uetustiore ut putãt disciplina. Nã ut Socrates in Cratylo Platonis cum Hermogene philosophat: Omnia certe diuina nomia uel a dijs primũ/uel ab antiquitate cui⁹ initiũ haud facile scitur/uel a barbaris prodita sunt. At uero deos suos ægyptij proprijs manibus finxere/patris eorũ Hermetis Trismegisti testimonio: errãtes circa rationẽ diuinitatis/& non animaduertẽtes ad cultũ religionẽq; dei. Quid igit quæres diuinũ in fictili bũano? Quæ tibi sacra ex inuẽtionib⁹ tuis: quæ cælestia subsidia ex operib⁹ manuũ tuarũ sperãda sunt? Quonã modo exuperãtissimæ ac supercælestis præsentiæ signacula & summarũ potestatũ demeacula ex dæmonib⁹ disces: quos ægyptiorũ proaui peccãtes cõtra diuinitatẽ & errãtes fecere? Cæteri enim dij superni quorũ opifex æternus est/summa quidẽ habitãt: iuxta ægyptiorũ philosophiã: & ideo cælites dicunt: nec nostris humanis illecebris cõmiscent. Ergo alteri cũ quib⁹ eorũ quotidiana in templis fuit cõuersatio: & qui erãt humana pximitate cõtenti/nõ dij sed dæmones sunt: a proauis cõtra dei placitũ effecti: post homines natos orti: & uel tam fatui ut nõ loquant sed adnuant: uel tam uersuti ut factoribus suis ægyptijs cũcta blãdiant: dicẽtes quæcũq; aures demulceãt. Vnde nihil stabile: nihil firmũ: nihil cõstans: nihil deo gratum haurire possis/cui & ipa illorũ displicuit generatio. Hæc argumẽta ex eius regionis præstãtiorib⁹ philosophis intelligere potestis. Sed neq; a primæua quidẽ antiquitate nationi huic diuinitatis sacra nomia affluxere: quãq; de multis annis gloriant apud Platonẽ: quãdo præ se ferũt res suas gestas lris annoq; nouẽ milib⁹ cõtineri: tamen omnẽ hunc numerũ ego quãtũ de mũdi exordio credere psuasus sum/fabulis plenũ existimo. At si hæc ipsi nõ falsa putant: ab illis quoq; repeto ut ea libẽter etiam admittant quæ de Babylonijs & Chaldæis. M. Tullius Cicero cõmemorat: qui quadringẽta septuaginta milia annoq;: ut ipsi dicũt: monumẽtis cõprehensa cõtinent: qui numerus longe maior est ægyptiorũ numero. Babylonios autẽ q̃uis illi & Assyrij etiã nominati sint/tamẽ ex uetustissimis litteratorib⁹ cõstat eosdẽ fuisse quos olim Syros appellauerũt: qui Babylonẽ & Ninum regni caput effecere: Qd Strabo illustris autor & plericq; alij haud ignobiles scriptores ingẽti uetustatis indagãdæ studio quæsitũ: posteritati hoim tradidere. Syriæ uero nobilissim⁹ est ager damascen⁹ Persis uicin⁹/unde Iudæorũ gens prima/Trogo & Iustino: & itẽ plurib⁹ historicis nõ cõtẽnẽdis attestãtib⁹/originẽ duxit. Ergo Iudæi q & Syri & Assyrij fuerũt/multo uetustiora linguæ suæ monumẽta hoc modo possiderẽt: etiã si externis autoribus credamus q̃ ægyptij. Quo fieret ut adhuc eos Iudæi & tpe superent & deo. Vnde sacratiora hebræorũ noia essent q̃ ægyptiorũ: qm̃ & uetustiora & sub unius ac primi dei cultu tradita. Addendũ mihi foret & hoc qd ægyptij propter ruditatẽ ante multis temporib⁹ nondũ inuentis apud se characterib⁹ litteraq;/sed ipsarũ rerũ imaginib⁹ scripserũt: quã quidẽ scripturã hactenus in suis sacris quæ appellant/unacum nuper excogitatis ele-

mētis obſcrūabāt. Reliquū eſt: ut ſi diuina & uere ſacra ægyptijs eſſent nomina in ſecretis miraculis utilia: Neq; tamē a dijs quos præſtantiſſimo apud illos autore Hermete/dæmones eſſe hominib⁹ poſteriores demōſtrauimus: Neq; ab antiquitate ſcripturarū tradita: quib⁹ ea nomina cōtineri deberēt: quā profecto libri Hebræorū quoquo modo plurimū ſuperāt. Hoc ſaltē nūc experiamur præterea: num uel a ſe tanq̄ barbaricis hominib⁹ orta ſint: quæ fuit Socratici ſermonis tertia pars. Docebit nos Herodotus pater hiſtoriæ/in libro ſecūdo: ægyptios ſe nolle dici Barbaros: magis uero cūctas natiōes cæteras. At quia tam abborrent & dedignanť hoc uocabulū/quaſi regioni ſuæ ignominioſum: Iccirco ſunt ab hoſtib⁹ Hebræis appellati barbari: Ceu ubi ad proſtitutā aliquādo & ſcortū cōuitio dicim⁹: O nobilis fœmina. Et fuerūt eodem tēpore tres Romæ nobiles meretrices Citberis: Origo: & Arbuſcula. In eā quoq; ſententiā Saluſtius: Erat inquit ei cū Fuluia muliere nobili: ſtupri uetus cōſuetudo. Videtis quod uirtuti debeť id cōtra obſcenis hominib⁹ quaſi opprobriū obiectari. Paulo enim poſt idem Criſpus Saluſtius pleráq; nobilitatē aſſerit cōtra Ciceronē nouū hominē inuidia eſtuare: quo quaſi conſulatū pollui credebāt: quippe tunc rectius poſito nobilitatis uerbo. Ita canticū illud intelligo: Cū exierat Iſrael de ægypto: & domus Iacob de populo Barbaro: fuit Iuda in ſanctimoniā ſibi. Barbaros utiq; in cōtemptū arbitrabor uocatos ægyptios: quia barbari uocari noluerūt. Atqui Loes hic potius ruditatem & hebetudinē deſignat. Littera. n. in. I. uerſa: q̄uis ubiq; Loes barbarū exponať. Erubeſcāt itaq; ægyptij barbaros ſe dici & iniuriarum agant. Ecquomodo Zoroaſtri ſacroꝝ: ut aiūt principis: hoc ſacerdotiū decretū accipiēt/cū uetat in ſacris barbara uerba mutari. Igiť barbara uerba q̄bus inť ſacra imutabiliť & incōtaminate utamur: nō erūt ægyptia: q̄n poti⁹ erūt Moſaica. Is eni Moyſes Hebræus corā deo ſe barbarū: hoc eſt craſſilinguē & grauiloquū cōfeſſus eſt: cū ait: Mi domine nō ſum uir elegantiarū: ſed graui ore & graui lingua. Eiuſcemodi homines Strabo coſmographus in quartodecimo libro tradidit ab initio barbaros appellatos/cōficto nomine q̄ difficulter/aſpere ac duriter loquerenť: ut bleſos balloſq; dicim⁹: cognata rebus nomina inuenientes: ſicut murmur: clangor: ſtrepitus: crepitus: & alia bis ſiſia. Et ſi ad amuſſim cunctas hiſtorias rimari libet: inueniem⁹ oēs orientis natiōes moleſte ferre barbarorū nomē: præter hunc noſtrū cū populo ſuo Moyſen: qui palā ſe duriloquū & barbarū eſſe non inficias iuit: Idq; memoriæ p litteras prodidit. Nec noſipſos uetligia ſua loquelāq; imitātes/decet negare barbaros eſſe. Nō qď penit⁹ noſtra loquēdi ſit iners ratio: Habem⁹ enim ad regulā idioma cōpoſitū / & grāmaticā artem exercemus: & adoleſcētibus Hebræis: Moſe Kymbei: Magiſter Ephod: quod more Gallorꝝ interpretamur: ego pfectus durādus: & Haſra cæteriq; præſtātes ludi mgri: & os & calamū iſtituūt. Quare nō qď elingues & ruſtici/ſed qď primi hominū ſim⁹: quos uniuerſi uetuſtiſſimarū rerū exquiſitores ſemp fuiſſe barbaros aſſeruerūt. Hoc nō accurate cōſyderātes aliqui de noſtris: docere auſi fuerant: Barbaros eſſe qui nō lingua ſancta loquunť: ut Salomon ſcholaſticus in expoſitione hymni quē cōmemorauim⁹ in uerbi hui⁹ interpretatione Loes: & alij quidā elemētarij. Sed cōtingit etiā noſtris qď reliquis artigraphis. Scribim⁹ indocti doctiq; poemata paſſim. Ego uero ſatis crediderim ægypti ſacerdotes illuſtriores imiſcuiſſe ſuis: hebreorū nomina: quib⁹ efficacius utanť: cū quid uelint ſecreti in lucē ,pducere: & ea quidē nō niſi lōgæuo & occulto ſtudio didiciſſe: ſicut uoſipi diſcere poteſtis. Quæ niſi fuiſſent aliena quōdā a patria lingua: nō tātū occultare poterāt: quātū uidem⁹ in hiſtorijs. Tametſi nāq; Plato & Eudoxus ānis tredeci Heliopoli cū eiſdē habitarēt: tn̄ uix tandē ualuerūt paucula quædā ex arcanis illorꝝ uerbis p longā & aſſiduā cōuerſationē decerpe/quæ i monumē

tis ſuis ſpargerẽt. De Indorũ autẽ philoſophis quos Brachmanas uocant: nõ eſt multa diſputatiõe opus: quoniã illos ex græcis cœpiſſe primũ: cum alia infinita: tũ plurima illic ſimulacra nobis argumẽto ſunt: quæ & græca ſunt/& græco ritu colunt̃: ut Mineruæ: ut Apollinis Delij: ut Dionyſij Lemnæi & Amyclæi: & cæ/tera quorũ diligẽter in uita Tyannæi Apollonij meminit Philoſtratus. Cõcor/dant etiã Indi cũ græcis in opinionib⁹ & diſciplinis. Nã Iarchas Apollonio dice/re ſolebat ſententiã de anima hominis: talẽ illis eſſe qualẽ Pythagoras græcis & ipſi ægyptijs tradiderũt: quaſi præceptores ægyptiorũ Brachmanes fuerint: tñ id non tam antiquitatis ordinẽ q̃ opinionũ innouationẽ indicat: præſertim cum idem Iarchas auũ ſuũ uixiſſe narret: quo tempore nullus in India magnus philo ſophus/neq; aliquod illic generoſum ingenium pululauerit. Sed apud Druidas gallorũ nõ ſunt multa hominũ ſæcula quærẽda: qui omnes græce philoſophati ſunt/& propterea poſteriores barbaris fuiſſe noſcunt̃. Nimiũ multis ſermonib⁹ aures ueſtras doctiſſimi & humaniſſimi uiri ex ſingulari meo loquacitatis uitio auſus ſum obtundere: dum aliquãtulũ conor affirmare ſeligenda eſſe uetuſtiſſi/ma barbarorũ uerba in miraculoſis operibus efficiẽdis: nõ Phœnicũ: nõ Græco/rũ: non ægyptiorũ: nõ Indorũ: non Dryidum: Adderẽ neq; Perſarũ/niſi tã cõti/gua eſſet Damaſci & Perſidis uicinia: Sed tantũ Iudaicæ gentis & illi⁹ antiq; He/bri: cui⁹ ſermo in diſſipatiõe linguarũ uſq; ad Moyſen/& poſt illũ ad nos purus atq; ſanctus peruenit/æque referens primã a mũdi exordio inſtitutionẽ dicẽdi: quã nõ ab homĩe/ſed a ſolo deo primogenitos accepiſſe neceſſario arbitramur: præcipue in diuinis nominibus/quorũ poſitio ſupra hominẽ eſt. De quo audia/mus Socratẽ/ut ueſtris potius autorib⁹ in diſſerendo utar q̃ meis: apud Platonẽ ita loquentẽ: Per louẽ nos quidẽ ſi mentẽ haberemus Hermogenes/præcipuũ rectitudinis modũ conſtitueremus nobiſcũ fateri: nihil nos de diijs cognoſcere: neq; de ipſis inquã neq; de ipſorum nominib⁹ quib⁹ ipſi ſe uocant. Cõſtat enim illos quidẽ ueris ſe nõminib⁹ nũcupare. Hæc in Platone. Profecto nõ mihi obſcu re uideris loqui Sidonius inquit/& præterq̃ nobis es cõminat⁹: Baruchia. Vni/uerſa enim pene quadrant ad noſtrã philoſophiã: & qd̃ deus ſe menti humanæ iungat/& in nobis lætetur/ cũ in ipſum pro noſtro captu trãſformati fuerimus/ & qd̃ per nos quãdoq; operat̃ ſicut ſolet artifex per inſtrumẽta: quãdoq; nullis cauſis intercedentibus quædã ſubito facit. Vtrũq; enim poteſt: & ſi p̃ nos quicq̃ agat/aliquo medio cõcurrẽte/ qd̃ ipſum eſſe deceat tã deo q̃ homini cõueniẽs. Idq; putas uerba noſtra eſſe: quaſi deo accedãt p̃ ſpiritũ incluſum/& homini per ſenſibilẽ aerẽ/qd̃ mihi duob⁹ uerbis cõplexus deſignaſſe uidet̃ poſt Democri/tũ Epicurus ille: nõ qd̃ eos deniq; ſequi uelim quib⁹ abrenũciant̃: ſed quoniã qd̃ a teneris annis imbibitũ eſt/ſæpe iuitis nobis memoriæ ſe offert: & nihilomin⁹ cõſonãtia opinionũ ueritatis eſt ueſtigiũ. Aiunt enim uocẽ noſtrã eſſe Reuma logon: id eſt flumẽ rationũ. Quãdo nãq; ſtillat ratio in linguã/frangit̃ aer & fit uerbũ. Sic fons eſt ratio: cui⁹ riuus erit uerbũ: qd̃ in fonte conuenit cũ deo: & in riuo ac fluuio cõuenit cũ homine. Vtq; nihil eſt in riuo quin prius fuerit in fon/te: ſic iuxta Stagiritã Ariſtotelẽ: nihil eſt in uoce quod nõ prius fuerit in animæ cõceptu: quẽadmodũ litteræ ſunt uocis ſignacula. Super quo ſic Amonius pe/ripatetic⁹ ſcripſit (Ignoſcite ſi nõ ornate & digne ueſtris aurib⁹ interpretor) Ait enim: litteræ quidem ſolum enũciãt: res autem ſolum enũciantur. Voces uero & intellectiones tam enunciant q̃ enunciant̃. Voces etenim ſemel enunciant̃: bifariam autem enunciant: ſcilicet primo intellectiones: ſecũdo res. Cõtra uero intellectiones dupliciter enũciant̃: ſemel aũt enũciant. Enũciant̃ & uoce & lĩris: ſed ab hac primo: ab his ſecũdo. Iſta uarietas nobis & Ariſtotele & Amonio au tore naturã uerborũ noſtrorũ demõſtrat/quaten⁹ cõmunicãt partim cũ ſpiritu:

partim cũ corpore: ut aptissimũ mihi tecũ esse mediũ putet hominis cũ deo cõ ciliandi uerborũ qusdã usus. At qd tu ea barbara poti⁹ elegisti quasi cognatiora diuinitati/non multũ recuso. Iam enim ut ait Iamblichus: dij eũ sermonẽ barbarorũ approbauerũt tanq̃ sacris maxime congruentẽ: præsertim quia antiquior primusq; extitit modus iste loquẽdi. Et quoniã primi nomina diuinitus accepe runt: eaq; cũ ꝓpria lingua miscuerũt tanq̃ cũ familiari cõsẽtaneaq; illis uoce cõtemperãtes: Ita nobis seruãda perpetuo tradiderũt: nosq; ita ipsam traditionis regulam/rite deinceps conseruare debemus. His præceptis Iamblichus ipse in tuã me sententiã ducit: Nisi qd tu nobis psuadere studes ea de quib⁹ Zoroaster dixit: barbara uerba ne cõmutes hebraica esse debere: Et ꝓfecto Baruchia tanto ingenio & dicẽdi copia totq; testimonijs historicorũ usus es: ut me facile cõmoueas ad assentiẽdũ: nihilq; nunc obstaret quin tibi omnino crederẽ: nisi una ueterũ experientia: qui nõ tantũ ægyptijs assyrijsq;: uerũetiã græcis uerbis magorũ admirãdas res effecisse dicunt: & in propulsandis periculis & accelerãdis cõmoditatib⁹ magnopere quidẽ præstitisse. Referũt enim Orphea illũ ægyptij Mercurij sectatorẽ: primi sacerdotij antistitẽ: theologũ & uatẽ: cũ esset unus ex argonautis: sæuam tempestatẽ in quã misere iciderãt/suis sacris auertisse: & auguria nõ solũ ex auibus: sed & cæteris pariter animãtibus primũ demonstrasse: Græcis tamẽ idem inuocationib⁹ usus est: ut hymni sui probãt: qui etiam græce hactenus extãt atq; canunt. Pythagoras uero & Plato uniuersa quidẽ sacra ex ægyptijs se doctos asserũt: nõnulli ex assyrijs atq; Chaldæis: cæteriq; a cæteris: qui certe incredibile est q̃ mirifica opera hominib⁹ ostẽderint. Quare non solũ Hebræorũ: uerũ & aliarũ gentiũ sũt sacra nomina. Tum BARVCHIAS. Sacrum inquit quãdoq; dicim⁹ idem qd sanctũ: uidelicet qd ab iniuria hoim defẽsum atq; munitũ est: quãdoq; ut Martianus in iure ciuili respondit: sacræ res hæ sunt quæ publice cõsecratæ sunt nõ priuatim: Vel ut Vlpianus iuriscõsultissim⁹ scripsit sacrũ esse quod princeps dedicauerit: uel eius dedicãdi dederit potestatem. Hoc modo quicquid deo consecram⁹ & ab usibus uulgi subtrahim⁹: id sacrum & sanctũ & quãdoq; sacrosanctũ appellat/cuiuscũq; fuerit nationis uel populi. Sic ille sacerdos apud Timæum Soloni quõdam narrabat: multorũ hominũ gesta memoratu digna in ægyptiorũ templis & sacris eorũ litteris cõtenta seruari. Sic de ipsis quoq; cõsecratis sacerdotib⁹ uniuersæ gentis dici consueuit qd sint deo deuoti & sacrati: Vt Virgilius de Heleno Apollinis sacerdote cecinit. Exorat (inq̃t) pacẽ diuũ uittasq; resoluit Sacrati capitis. Et post hæc i octauo æneidos libro: At Cæsar triplici iuectus Romana triũpho Mœnia dijs italis uotum immortale sacrabat. Alio quãdoq; more itemq; rectius sacrũ uocamus oim rerum autorẽ deum: ut omnis sacri principiũ & fontẽ: deinde sui participatiõe cuncta post deum sacra in quibus deus ipse sua sponte uersatur cum sua præsentia & uirtute. Differtq; hoc a superiori. Nam istic deo nos dedicam⁹: hic se deus nobis dedicat: resq; nostras assistẽtia sua illustrat. Et iccirco sacra iure optimo nominamus illa/in quibus deus uere habitat. Non angeli/non dæmones/sed deus ipse summus optimus maximus. Ob idq; angelos etiã ipsos siue deos/uocamus sacros: quoniã & in ipsis quoq; deus habitat: cuius sæpe nomẽ ferre dicunt. Cõtra uero ꝓphanos pari modo execrabiles appellam⁹ a quib⁹ longe deus abest: ut Stati⁹: Fraternas acies alternaq; bella ꝓphanis Decertata odijs. Nã iuxta primã uocabili uiã: sicut sacra sũt a nobis deo dicata: ita ꝓphana procul a phano & religiõe: quæq; extra sacra degũt interp̃tari licebit. Adeo enim ex nostro facto sacrũ illud orit: ut a faciẽdis sacris & sacrificul⁹ rex ipse q̃ facit sacra: & sacrificiũ qd fit a sacrificulo: & istud ip̃m quoq; sacrũ denominet. Ouidi⁹ in trãsformationis libro .ꝟ. Festa dies aderat q̃ cygni uictor Achilles Pallada mactatæ placabat

ſanguine uaccæ:Cuius ut impoſuit proſectā calētibus aris: Et diijs acceptus penetrauit in æthera nidor: Sacra tulere ſuam pars eſt data cætera mēſis. Vult enim qd ſacra ſacrificia ſuam abſumpſerint portionem. Non igitur inficias ibo ſacras eſſe imagines characteres litteras & uerba ſiue nomina ſeu uoces a nobis deo dicatas: non modo apud Hebræos: uerūetiam ægyptios & græcos & cæteras nationes:quas quidem res pro uoto humano diuinitati mortales conſecrarunt & deuouerūt. Nec aliud cōmodius afferam huic negocio exemplū q̄ qd apud Orpheā illum ueterem ſacerdotem atq; uatem:Hermetis ægyptij ſectatorē & Pythagoricæ philoſophiæ fundatorem abſte Sidoni paulo prius adductū canitur in hymno ad Venerem Lyciam dicto:cum ait: Noſtræ nāq; duces patriæ diuina tuentes Oppidulū propter: ſacrum ſtatuere coloſſum. Q̄q̄ hunc hymnū quidā Procli putauerunt: eo qd patriæ ſuæ meminerit. Sed audiamus aliud ſine cōtrouerſia Orphei carmē ad aſtra cōpoſitū. Vocibus ergo ſacris iam dæmones inuoco puros. Quod igitur uel deus eſt:uel deniq; qd non homines primū:ſed ipſe ſolus optimus maximus ſua præſentia & aſſiſtentia conſecrauit:& uirtutem illi ſuam infudit:Id unum præter cætera uere debet ſacrū appellari & ſanctū quod deus ſanxit:& honori ſuo nō humanis illecebris reſeruauit. Vnde uulgo linguam ſanctā iudæorū dicimus:& ſacras litteras digito dei conſcriptas: & nomina ſacra nō ab hominib⁹ inuenta:ſed ab ipſo deo inſtituta. Si quādo aūt in miraculis gens quælibet ſuis uocibus utitur:præſtygiū potius q̄ miraculū eſſe probatur:& non dei aſſiſtentia: ſed pactione dæmonioꝝ ſortitur effectū. Quod q̄ periculoſum ſit:heſterno die inter nos copioſe diſputatum fuit. Ad ſummū: qualis eſt diſtantia ſignorū dei a goetia & ueneficio: tantū intereſt ut paucis cōcludam in ſacris inter uerba hebræorū:& uerba idolatrarū: quod per Moyſen docti ſumus:qui baculum uerbo dei uertebat in ſerpentē. Aegyptij uero maleſici quos ſapientes uocabant:humanæ diſciplinæ incantatis uerbis ſimiles imagines obtutibus regijs obfuderunt:quas in reuelationē præſtygij Moſaicus ſerpens deuorauit. Quare mihi non indocte uiſus eſt Romæ nuper quidam nobilis philoſophus propoſuiſſe:nulla nomina in Magico licitoq; opere æque uirtutem habere:ſicut hebraica uel inde proxime deriuata: eo qd omniū primū hæc dei uoce formantur. Illud autem in quo potiſſimū Magicam exercet natura:uox eſt dei. Nunc Sidoni hæſitare te nō ultra patiar in eo qd merito eſt manifeſtū. Credo enim multas gentes arcanis ſuis uotis aut ſecretis operatiōib⁹ hebraica miſcuiſſe:non aliā ob cauſam q̄ ut certius optatis potirentur. Quod & in Orpheo Pythagora Platoneq; haud ambigendum arbitror: nihil aliud arcanum eorum tantopere occultatum:tam recluſum fuiſſe:q̄ hebraica diuinæ uirtutis nomina: quæ nulli ſcribēdo patefieri uoluerūt:ut idem Plato: Dionyſio Syracuſano de ſeipſo per epiſtolā inſinuat. Poſſem abſte Capnion petere ut rationē edoceas: cur & Euāgeliſtæ & Apoſtoli cum cætera chriſti opera in græcū trāſtulerint ſermonē:nō etiā uerba paucula quib⁹ ipſe miraculorū operator uſus phibetur ſimul quoq; traduxerint:ſed ea penitus non mutata & intacta pmiſerint: græciſq; barbara uerba inſeruerint:ut clamātib⁹ ad chriſtū pueris: hoſthiana:id eſt ſalua domine:poſtea illud imperitia ſcriptorū deprauatū eſt:& abuſiue iam dicit Oſanna. Quod peritior græci ſermonis Lucas præuidēs futurū:cū ſe nouerat ad homines græcos Euāgeliū cōſcribere:qui dictionē hanc ꝓm linguæ ꝓprietatē pronūciare nequirēt:melius arbitrat⁹ eſt tacere:q̄ corruptorib⁹ irridendā præbere. Nā reliqui tres Euāgeliſtæ nihil eius formidātes: Hoſthiana: ꝓpter inſignē illi⁹ particulā:na: qd unū de diuinis nominib⁹ eſſe dicūt: nullaten⁹ omittere decreuerūt. Marcus itē in illo excellēti miraculo qd chriſt⁹ in ſuſcitāda lairi filia cōfecit:ipſa etiā uerba chriſti hebraica quib⁹ mortua uitæ luciq; reddita eſt non du-

bitauit adſcribere. Apprehendens nãq; manũ iacentis in tumba puellæ: duob⁹ uerbis dixit Thabiti: Kumi: quorũ primũ ad uitã ſpectat: id eſt Reſpice: ſecũdũ uero ad ſanitatẽ recupandã: id eſt Surge. Vbi poſt aliquis nõ ſatis diligens trãſ/ ſcriptor quod in hiſtoriæ margine cõpererat: oratiõis cõtextui admiſcere auſus eſt: ut nũc pene uniuerſi libri ſic teneãt Thabita Kumi: quod eſt interpretatum Puella tibi dico ſurge. Nec enim credendũ eſt ab Euãgeliſta tranſlatũ: quod in ueritate nõ adeſt. Igitur Puella tibi dico: uniuerſum hoc nihil huc attinet. Et ad/ modũ demiror quoſdã nõ nullius apud uos in omniũ ſcientiarũ doctrina famæ atq; nominis quos & magni eſtimatis: hoc in loco dicentes Thabita nomẽ eſſe uirginis: quaſi putãdus ſit chriſtus ille quem ego ſemp quãtumcũq; Iudæus fui tamẽ maioris & Apollonio Tyannæo & quibuſq; philoſophis feci: Nunc autẽ per te doctus etiã excellentiorẽ angelis: & omnibus diijs: non ſolum hominibus ſuperiorẽ affirmo: & deum eſſe atq; fuiſſe credo. Itaq; quaſi putandus ſit: nomẽ prius uoluiſſe ſcrutari quo carmen arcanũ incantaret: ſicut & de Apollonio con/ ſentiũt omnes magici: qui cũ ex Tigillini iam uel uerius Neronis manib⁹ euaſiſ/ ſet: oblatã in uia puellã inter nuptias ut putabat mortuã/ attigit: & initio nomen uirginis diligẽter quæſiuit: Eo accepto: dicitur aliquid occulte pronũciaſſe: quo puella reuixerit. Et Romanis hoc quõdam in more obſeruatũ erat: quãcũq; ur/ bem obſiderẽt ut eius nomen urbis accurate quærerẽt. Idq; cognoſcẽtes: ſoliti ſunt quodã carmine omnes illius tutelares deos euocare: tandemq; deuincere. Hoc ipſo factũ eſt ut nullus Romanæ urbis propriũ nomẽ auderet prodere: ne a ſuis hoſtibus ſimile paterent. Vnde cognoſcimus propria rerũ nomina non nihil incantationib⁹ prodeſſe: quod abſit ab eo qui omnẽ dæmoniorũ cultũ fun ditus ſuſtulit: ne uel in hoc opere uirginis nomẽ agnoſcere cuperet: quam ante nuſq; uidiſſet. Sed Thabiti Kumi: uerba ſunt chriſti: quæ latine interpretantur: Reſpice: Surge. Reſpice ut uiuentẽ: Surge ut ſanam te oculis cernãt uniuerſi: quã nõ tantũ a morte: ſed etiã ab omni ægrotatione: meo iuſſu confiteant eſſe liberatã. Sed fruſtra uobis prædico: quæ ipſi & apud noſtros ſæpe legiſtis inue/ ſtigãdo ſcripturas: Veluti pſalmo tredecimo: cuius eſt initiũ: Vſq; quo domine. In uerſu: Reſpice exaudi me domine deus meus. Et uigeſimoſecũdo qui inci/ pit: Deus deus meus. In uerſu: Dinumerabo omnia oſſa mea: ipſi reſpexerũt ui/ derunt in me. Et pſalmo trigeſimotertio: Exultate iuſti. Verſu: De cælo reſpexit dñs. Et pſalmo ſequẽti: In uerſu: Reſpicite ad eũ & illuminamini. Vbi tranſlatio ueſtra ſic habet: Accedite ad eum & illuminamini. Et in laudationib⁹ quas uos ad horã primã quotidie pſallitis: In lĩra Gimel: Reuela oculos meos & conſyde/ rabo. Vbi uerius poni debet: Reſpiciã mirabilia de lege tua. Eſt enim hoc idem uerbũ Abita: de quo nũc diſſerendũ nobis fuit: quoniã illud in ſecunda perſona facit Thabita uel Thabiti: id eſt reſpicias uel reſpice. Nã ut ſolent latini ſæpe fu/ turũ indicatiui pro imperatiuo uſurpare: ut alternis dicetis amãt alterna came/ næ: pro dicite. Ita & apud Hebræos idem in crebro uſu frequẽtiſſimũ inuenit: ut hic: reſpicies: pro reſpice. Sed Kumi per ſe imperatiu⁹ eſt: fœminini generis: ut Canticorũ ſcdo: En dilectus me⁹ loquet mihi: Surge, ppera amica mea. Vbi ponit Kumi: id eſt ſurge. Talia in multis ſacræ ſcripturæ locis ab indoctioribus corrupta inuenietis: dũ hac ætate plus ſolent theologi Ariſtotelis dialectica ſo/ phiſmata: q̃ diuinæ inſpiratiõis & ſanctiſpirit⁹ animaduertere uerba. Vnde ſtu/ dio humanæ inuẽtionis: ipſa cæleſtis traditio negligit: & loquacitas hominũ ex tinguit dei ſermonẽ. Similis enim librariorũ error in actib⁹ apoſtolorũ deprehẽ ditur: qui apud uos cœpit eſſe cõmunis etiã doctis & quidẽ doctoribus: in ſuſci/ tatione Dorcadis de familia ſanctorũ in Ioppe: quæ eſt toparchia Iudææ: ut ait Plinius: proxima Lyddæ. Illic nãq; ipſius mulierculæ nomẽ non recte ſcribunt:

ut ego ſæpe tam in græcis q̃ latinis codicib⁹ indocte ſcriptũ inueni: Quo exem/
plo illos etiam in ſuperiori Euangelio defeciſſe crediderim: Sed fuit nomẽ pro/
prium diſcipulæ fidelis: Tabia: ſine ulla quidem aſpiratione: & abſq; .t. in finali
ſyllaba: quod interpretatio eius Dorcas edocet: & eſt nomen Aſſyriorũ Tabia:
quod ſignificat Capream: ſicut legimus i libro Chaldaico qui dicitur Illen Pith/
gamai. Præterea eius etiam uerbi nunc in mentem uenit: quod apud Marcum
Chriſtus dixiſſe ſcribit. Nam adducunt illi ſurdum & mutum: precanturq; ut ei
manũ imponat. Et apprehendens eum de turba ſeorſum/ miſit digitos ſuos in
aures eius / & expuens tetigit linguam eius / & ſuſpiciens in cælum ingemuit &
dixit: Hiphathah: quod eſt adaperire: quod ſcribi debet in principio per .h. pſi/
len: & in fine per fortiorẽ aſpirationẽ. Eſt enim imperatiuus paſſiuus uerbi acti/
ui Pathah: qd̃ eſt aperuit: & i futuro Ephathah: id eſt aperiã: Vt pſalmo ſeptua
geſimooctauo/ in uerſu: Aperiã in parabolis os meũ. Et quinquageſimo/in uer/
ſu: Domine labia mea aperies: ſicq; de cæteris. Vos enim non tam græcam q̃ &
hebraicam litteraturã pernoſtis: & docti eſtis: a Niphathah paſſiuo qd̃ eſt ape/
ritur: formare imperatiuũ ſingulare maſculinũ Hiphathah: id eſt apire uel ape/
ritor tu: Sicut Chriſti potens uerbum intonuit. Veniamus ad exuperantiſſimã
eius mortem: & ſuſpenſus in ligno iamq; moribũdus ait id quod in pſalmo iuxta
Hebræos uigeſimoſecũdo: apud uos autem uigeſimoprimo ponitur: Eli Eli la/
mah aſabathani. Sic enim ut res habet Matthæus recitat: q̃uis Sabathani etiam
corrupte dicatur: per defectum primæ ſyllabæ quæ per .a. notari debet. Marcũ
uero etiam paulo ſegnius emendatũ hoc loco ueſtri obſeruant: qui ponit Elo/
he: uel ꝓm alios Elohi minus apte. Nam Elohe: deus eſt: Sed Elohi ab Hebræis
non legitur. Poſſet quidem per Elohai: deus meus deſignari: Sed uerba ꝓphe/
tæ non ſunt mutanda: quæ deum moriturũ recordaſſe puto: Pſalteriũq; ab ini/
tio paſſionis incepiſſe uſq;dum uita defũgeret. Demum perueniſſe in ultimo
interitus ſuſpirio/ ad pſalmũ qui eſt iuxta ſeptuaginta interpretes ordine trigeſi
mus: ut paſſionis & initium & finis uno numero terminarent. Sicut enim ſũmi
ſacerdotes ꝓditori Iudæ triginta promiſerũt argenteos priuſq̃ Chriſtus cape/
retur: ita iple patri deo nõ tam promiſit q̃ perſoluit triginta pſalmos anteq̃ mo/
reretur. Veniam mihi dabitis: ſi non liceat praua comparare bonis: Et conſyde/
rate nihilominus atq; recenſete cum animis ueſtris: q̃ conuenienter totam con/
demnationẽ ſuam & cruciatum/ bis triginta pſalmis compleuit iſte beatus uir:
ſi eum uirum nominare phas eſt: Initium ducens a tempore anxietatis in horto
trans torrentem perpeſſæ: De qua totus pſalmus quinquageſimuſquartus mẽ/
tionem facit. Vbi uaticinij more ſcribitur: Ego autem deum inuocabo/& domi/
nus ſaluabit me: Veſpere & mane & meridie loquar & adnunciabo. Loquebat̃
itaq; toto tempore paſſionis ſuæ cum deo & ueſpere & mane & meridie: Sæpi⁹
occulte: quod per Dauid antea prædixit: Oratio mea in ſinu meo conuertetur.
Nõnunq̃ tamẽ quædam ex eiſdem canticis aperte pronũciauit: quæ partim ſe/
ctatores eius de ꝓximo audiẽtes memoriæ mandauere: partim fortaſſis abſen/
tes nõ audiuere. De perceptis igitur illud fuiſſe poſſum⁹ arbitrari quod aiebat:
Eli Eli lamah aſabathani. Et in manus tuas cõmendo ſpiritum meum: Cuius titu
lum quidam habent pro extaſi: quod plurimum morienti congruit. Sed apud
Hebræos nõ reperitur. Nec id quidem caret diuino myſterio: quod poſt eun/
dem & non ante trigeſimum pſalmum mox conſequit inſcriptio Maſkil: id eſt
intellectus: notitia ſeu eruditio. Poſt mortem enim Chriſti cuius ultima oratio
triceſimus hic erat: tandem cœpimus intelligere & uidere quem compunxe/
runt & in quem tranſfixerunt: quapropter orauit peculiari uoto: ut pater cruci/
figentibus ignoſceret/ quoniam neſcirent quid agerent. Sed dum uerba quidẽ

hebraica molior enucleare: quibus inconcussis Euangelistæ inter scribēdum usi sunt: nescio quonam modo in arcana religionis uestræ tegumenta lapsus sum/ ut pernoscatis aliqua me præcedenti meditatione ac non tam subito ad uestrā professionem esse cōuersum. Tum SIDONIVS/ Mi Capnion inquit: q̄ est hic diuinarum litterarum peritus: Quid ego afferam igitur ad nostrum sermonem? Sed si rite recordor: multam mihi quietem parauit Baruchias: ne ualde de sacris nominibus cogar disserere. Docet enim nos: sola hebraica inter uere sacra connumerari: hoc affirmare conatur tam ex uetustate q̄ diuinitatis conuersatione ac arcta quadam confœderatione dei cum iudæis: & quod sermo sit solidior/multis deniq; argumentis. Quæ si uera sunt: ego qui ætatem/in græcis atq; latinis plus cæteris contriuerim: audiendi tantū mihi tempus nactum lætabor. Et CAPNION: profecto inquit admirarer eius tantā in Euāgelijs cognitionem/nisi multo ante non paruam in illis operam fateretur consumpsisse: id quod res ostendit & negociū indicat. Sed exaudiamus ipsum dum lucet. Prætergressa enim meridiem dies est. Age rursus Baruchia quæ de arcanis & fere sub modio: ut aiebas: reconditis uerbis accepisti: edere ne subterfugias: ambo & oramꝰ & hortamur: quos certe tua lingua (Dicat quicquid uelit Sidonius) plurimū delectat/cuius uterq; discipuli sumus. At quādo ita iubetis BARVCHIAS ait: obtemperandum est: modo simplicitatem sermonis ne cōtemnatis quod nullis elegantijs imbutus sum. Et nunc quoniam ad uesperam tendimus: non te ultra Capnion urgebo: ut rationem reddas: quare uitam & doctrinam christi: græco eloquio scribentes: etiam Hebraica uerba sua dignant interserere. Vos deniq; iam consueuistis omne uotum uel publicum uel priuatum uno uerbo cōcludere: Amen: quod & apud Paulū inuenit. Ad hoc CAPNION: breui ait absoluam ne hæreas. Non autem satis tutum est in re tam præcellenti me uti figmento meo: Sed Origenem lumen theologorū nostrorum citabo: de quo dicitur: quod ubi bene ibi nemo meliꝰ. Ait enim in libro cōtra Celsum: In quibusdā sacris nominibus mirandam latere uirtutem: Ideoq; hæc ipsa non esse ex Hebræa lingua in aliam transferenda: sed in suis ipsis characteribus conseruanda. Habes quod iandudum emungere uoluisti: scilicet esse diuinorum nominū orationumq; uirtutem mirificam: propter quam & characterum formæ & uerba ipsa incorrupta permaneant: ne sicut hominis compagine destructa: inclusus etiam corpori spiritus/& tota perinde uirtꝰ euanescat. Præterea ut Porphyrio respondit Iamblichus: Si ea nomina ex hominū pacto conuentoq; posita essent: nihil interesset alia pro alijs cōmutare: Sed pridem ante intelleximus Baruchia/& uerum esse confitemur: quod sint accepta diuinitus non parta humanitus. Ad quod subiungit idem nobilis Pythagoræus ille Iamblichus. Neq; enim prorsus eandem ait mentem seruant nomina in aliam linguā interpretata: sed sunt gentibus singulis propria quædam: quæ gentibus alijs per uocem significari non possunt. Accedit ad hæc quod ꝓsignificationū proprietates per aliam linguam interpretari possimus: non tamen eandem conseruant permutata potentiam. Istis autoribus tibi responsum uelim: sed caue putes me tecum de omnibus uerbis similiter sentire: eam uidelicet illa maiestatem obtinere: quā tu fama tam late spargis. Deum nāq; omnipotentem: & ut græci dicunt: omnitenentē: quis dubitabit uirtutibꝰ uerba decorare posse? Itaq; potestas dei patet: sed nondum uoluntas: quæ sola rerum causa est. Omnia enim quæcunq; uoluit deus fecit in cælo & in terra. Quapropter nisi ostenderis deum uoluisse hoc: & item alterum uerbū tali atq; tali uirtute pollere: nihil egeris. At ego nō uos docere BARVCHIAS inqt: sed quæ olim de arcanis ex nro collegio

acceperim/referre pollicitus ſum:quo munere ſi rite perfungar/erit certe abũ/
de quod gaudeam: nec ad aliũ me palum alligabo: Cum heſterno ueſperi uno
ore conſultum ſit:in rebus diuinis credendum eſſe:quamq̃ ſcio nunq̃ apud uos
ambiguum fore:deum omnia poſſe:id quod animus noſter ſuapte natura com
prehendit:Si deus eſt ſuper omnia & a quo cuncta depẽdent/ tam entia q̃ non
entia: ut etiam præſtantes aſſerunt theologi. Sic ergo ſumma potentia: immo
ſupra ſummam:omni poteſtate ſuperior:tam ad exiſtentia q̃ non exiſtentia:pe
nes deum eſt: quæ nullis limitibus terminatur. Aliter enim non ſumma uel ſu/
pra ſummam eſſet. Quam quidem ipſe ſi oſtendat in uerbo:uel re: cõmoran/
tem:nihil refert:dum illic ſuam cupiat uirtutem habitare. Dei autem decretum
hoc & eam uoluntatem:uel experientia geſtorum uel diuinæ inſpirationis elo/
quio: manifeſte cognoſcimus: quem in locum & ſcripturam ſacram & contem/
platiuorũ hominũ dogmata per quorum ora diuinitas loquit: & heroicas hea/
torum hiſtorias adaptare neceſſariũ eſt. Quis enim cognouit ſenſum domini
æternitatis? Nemo niſi qui intra eum eſt ſpiritus propri⁹: & demum is cui ſe re/
uelat:ſicut in homine cogitatus ſuos nihil cognouit creaturarũ illo poſtremius:
niſi tantũ ſuus ſpiritus qui eſt in eo: uel amicus aliquis cui ſpirit⁹ per hominem:
ſiue homo per ſpiritum ſuum enunciauerit uel ſignis oſtẽderit. Ita locutum eſſe
deum cum Abraham: Moyſe atq; Ioſue : uirtuteſq; uerborum diuinorum illis
oſtendiſſe: mirandiſq; effectibus affirmaſſe maiores & docti & ipſi experti ſunt
nobiſq; ſuæ proſapiæ ſurculis p litteras memoriæ cõmendauerunt: quæ & nos
animo grato accipientes/quotidie ſi uolumus experimur atq; ſentimus. Sed ut
rem aggrediar: Cupientibus audire portentifica: ueniat in mentem quæ ſupra
per nos abunde diſcuſſa fuere:quod ſolus primus atq; maximus deus porten/
ta: miracula: prodigia: ſigna præcipue facit quæcunq; uera & non præſtygioſa
ſunt: Vel dum angelos ſuos quandoq; diuino dignatur honore mirabilia eiſdẽ
opera demandat facienda:In nomine tamẽ ſuo: ne det alienis honorem ſuum:
& gloriam ſuam alteri : & uertatur homo ad creaturæ cultum relicto creatore:
Quapropter nomẽ ſuum in angelos reponit:ne quod acerrime omniũ ſemper
odit: per nos admittatur formarum cultus quam græce idolatriam dicimus.
Vnde ad populum ſuum ait: Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te:
& cuſtodiat in uia: & introducat in locum quẽ præparaui: Obſerua eum & au/
di uocem eius:nec contemnendũ putes:quia non dimittet cum peccaueris. Eſt
enim nomen meum in illo. Cum igitur a deo primũ:ſecũdo ab angelis pro uoto
noſtro mirabilia negocia peraganẽ:congruentiſſimũ mihi uiſum eſt prius de no
mine diuino quod ad deum ipſum pertinere dignoſcitur quãtum memoria ſup
petit: Deinde quod etiam angelos quandoq; concernit:pro tenuitate humanæ
imbecillitatis noſtræ dicendum fore. In qua re ordinem ſeruabimus:ut ante uo
bis ea dei nomina recenſeamus/quorum iampridẽ ſignificatio patet. Poſt quæ
temptabimus de ijs quorũ ſignificationem nondum manifeſtam aut paucis
reuelatã accepimus. Igitur qui de nominibus arcanis conſcribere auſi ſunt/plu/
res e nobis patrum memoria & ex ueſtris quoq; non nulli uſq; hodie leguntur:
quare in diſſerendo faciliores meæ partes erunt ſi de ijs ſummatim explicaue/
ro:quæ uos late apud autores uarios deſcripta uidiſtis. Hieronymus ad Mar/
cellam:decem nomina dei commemorat. Dionyſius Areopagita prope qua/
dragintaquinq; : alij ſeptuagintaduo : alij plura : alij pauciora quiq; pro captu.
Quis uero definitus nominum eſſe numerus poteſt eius qui & innominabilis
eſt & omni nomine celebris? Quare neq; noſipſos in angulum detrudamus:
unde nequeamus erumpere : neq; tam lente ac perfunctorie cauſam agamus:

ut nullam diuini bonoris memoriam tenere arguamur. Vos uero meis uerbis non plus assentiri opto: nec ipse aliter assentiar q̃ sacra concedunt eloquia: ut ne in deum optimum/ ego lutum & argilla spirans/ uermis & non homo/ uidear iniurius: & alter Oça tangere arcam/ & adiungere aliquid supra q̃ id quod deus ipse locutus est. Primũ enim humani generis peccatum fuisse arbitror id quod mater omniũ uiuentium Heua plus ad uerba dei addidit q̃ ipse deus dixerit: qd̃ sequẽtibus quidem sceleribus initium fuit & diuinæ ultionis origo. Nam anteq̃ orta esset mulier: dixit deus Adæ: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Heua uero recẽs nata/ uideamus qualiter uerba creatoris immutauerit: & ad serpentem loquens: De fructu ait ligni quod est in medio paradisi præcepit nobis deus ne comederemus: & ne tangeremus illud/ ne forte moriamur. Addebat/ nobis/ pronomen pluratiuum: cum nusq̃ Heuæ præceperit ne comederet quippe nondum natæ. Subiunxit: Et ne tangeremus illud: quod & deus nõ dixerat: Quare cum mendacem uellet dominũ constituere: rursus addidit dubitationis & incredulitatis particulã dicẽs: Ne forte moriamur: quod creator singulariter & firmiter soli Adæ cõminatus est. In quacunq; enim die comederis ex eo: morte morieris. Vnde & serpens propter consilium: & Heua propter auxilium: & Adam propter transgressionẽ pœnas dedit. Ne igitur in idem coram tremendo uniuersitatis autore uitiũ aut crimen incidam: oranda est summa illius clementia: ut beniuolentiã nostram & pietatem potius q̃ ruinam animaduertat: si forte pes labatur: cui rei de sacratissimis penetralibus sui erga nos amoris succurrere dignetur: propter gloriam & bonorem nominis sui in sempiterna sæcula benedicti. Quod sit autem illud tã illustre uerbum/ tam efficax/ tam uenerandum/ tam salubre in quo facilius uoti compotes euadimus: cum multa ut diximus inueniant̃ summi dei nomina consyderare oportet. Nã quod Zacharias propheta exclamat: In die illa erit deus unus & nomen eius unum: admonemur hoc tempore plura esse nomina dei: eo qd̃ in futuro sæculo non erit nisi unum. Quid trahimus horas: quid tempus frustra terimus: quid diu expectamus: quasi multa esset disputatiõe opus: qualiter id quod nomine caret tam multis nominib⁹ possit designari? An ne nomẽ inter superos aliud diuinitati existat q̃ apud mortales? Num cesset huius mundi consueta nominatio: in futura nostrorũ animorũ uita? Deus ne cum sui apud se immanentiã consyderamus nomen habeat? An uero tunc nullo illi sit opus nomine? Misso omni eo qd̃ ad rem non plus attinet q̃ ad moram rei & tarditatem negocij nostri paucis expediamus. Quis enim suprema diuinitas apud immortales: apud cælites: apud supercælites pro suo more ut est uerisimile aliquo nomine uocetur supereminẽti: tamẽ magis quæ sunt in rem nostram tractabimus dicentes: qd̃ iuxta humanã contemplationem ex traditis nobis diuinitus sacris nominibus: quoddam essentiæ attribuimus: quoddam uirtuti: quoddam operationi: reliqua nostræ erga deum affectioni. Essentiam autem uoco: dei separationem a rebus & omnimodã in seipso clausionem: & extremam: ut ait nobilis ille nostra ætate philosophus: in remotissimo suæ diuinitatis recessu profundã ac solitariam retractationem penitissime in abysso suarum tenebrarũ se contegentem. Scd̃m hanc itaq; affirmant sibijpsi deum uenerabile nomen apud homines instituisse: quippe qui se solus cognoscat: quare & solus sibi nomẽ ponit. Nunc quo id conijciant argumẽto uiri sapientes: & qd̃ sit illud nomen essentiæ sacratissimũ uideamus. Dixit Moyses ad deum: Ecce ego uado ad filios Israel & dicam eis: Deus patrum uestrorũ misit me ad uos: & dicent mihi: quod est nomen eius: quid loquar illis? Dixitq; deus ad Moysen: Ebieh qui ero: & dixit: Sic dices filijs Israel: Ebieh misit me ad uos. Hoc nomen Plato in sua illa tam longa

penes Assyrios peregrinatione didicerat: quod ad græcos tandem duabus lris On transtulit. Nam in Timæo sic ait: Est igitur secm meam opinionem primo distinguendum quid sit On: id est ens quod semper est: ortum uero nō habet: & quid quod ortum habet: est autem nunq. Illud quidem intellectu cum ratione comprehendit semper per se ens: Hoc autem opinione cum sensu irrationali percipit generabile & corruptibile tanq quod nunq est. Illo igit nomie distinguit mundū a creatore Plato: & ornatissimorū hominū copia eum sequuta est: præter id tantū quod aliqui neutrum genus in masculinū mutauere. Plato enim excellētissimū uniuersi autorē nominat id quod est: unico uocabulo: To on: At plurimi sequaces sui appellāt eū qui est: O on. Quæ quidē mutatio hebræis utraq; cōgruit. Nam qd naturā nō mōstrosam sequūtur: eo solū duo habent genera masculinū & fœmininū. Verbū itaq; neutrū pene latinos aut græcos sub illorū masculino facile comprehendit. Quocirca: siue qui est: siue qd est dicat: suo essentiali nomine penes Moysen Ehieh pnūciat: qd a uerbo substāti uo Haiab pro legibus grāmaticæ deriuant: priori addita littera. Nescio si plane uenia dignū sit me in causa tam eleganti: coram uobis disertissimis certatoribꝰ tam barbarice loqui. Sed disserat licet Demosthenes aut Cicero aliquis: profecto crediderim eum in dei arcanis mutū & elinguē futurū. Sic enim Origenes uester splendidissimis qbusq; oratoribꝰ nō inferior: in oratiōe uigesima si memini super Exodū: his pene uerbis loquit: Omnes homines ad cōparationē uerbi diuini: nō solū ineloquētes sed & muti putandi sunt: quare si absq; molestia barbariē perpetuā auditis: equidē libēter pergam. Tu uero perge inquit SIDONIVS. Nō enim clam nobis extat hanc pnuciā omniū esse difficillimā: & præterea egoipse arbitror nequaq posse hūano more diuina satis enunciari: memor eius qd de Simonide præstāti doctrina uiro narrāt historiæ. Nā cū ab eo Tyrānus Hiero quæsijsset: quid esset deus: unū diē deliberādi spaciū sibi postulauit. Rediens Hiero postridie/cū idē rogaret: biduū Simonides petijt. Tū crebrius idem Tyranno petente: semp illi Simonides dierū numerū duplicauit. Interroganti uero tandē Hierone: cur ita faceret: quia quāto inquit diutius consydero: tanto mihi res uidet obscurior. Itaq; miror hoc abs te negociū uel nostro sermone hactenus & tam lucide potuisse tractare: quare ne ultra nos moreris. Ad qd illū CAPNION quoq; hortatur. Tū ille. Habetis nomē dei summi: qd haud imperiti quidā omniū primū putauerūt: quippe quod ipsammet dei essentiam designare uideat: nec cū aliqua rerū cōmunicare. Nihil enim extra deum est id quod est: quoniā uniuersa quadā cōpositionis proportione cōstant. Solus deus simplicissimus est: & iccirco est qui est: aliud autē omne quidē est quo est nō qd est. Tamē ingrediunt alij nō contēnendi & in secretissimorū cōtemplatiōe studiosissimi homies multo propius in ipa ferme diuinitatis penetralia: qui magnitudinē cuiusdā alteriꝰ nomis obseruādissime pēsitant: supraq; hoc nomē Ehieh siue On/aliud statuūt. Nā ut tuus o Capnion ille Areopagita Dionysiꝰ explicat. Ipse On: id est qui est: totius esse pro uirib⁹ supessentiale quoddā est: Fundatrix causa & opifex entis: subsistētiæ: substātiæ: essentiæ: naturæ: principiū & mensura æternitatum atq; temporum: entitas & sæculum entium & tempus eorum quæ fiunt: & esse ijs quæ quomodolibet sunt: & generatio ijs quæ quomodocūq; gignunt. Hic non obscure deprehēdit primi entis cum rebus defluentibus cōcursatio: quibus persistendi uim præbeat: & quāquā essentiam dei simplicissimam: per quā simpliciter & p quā libere notificat æque sicut totum in se complectitur ipsum esse præcellenter exceptum: ut sit superessentiale totius esse: tamen non designat deum ut inclusum & quiescentem: sed res ipsas intuentem & se cum rebus insinuantem quibus subsistentiam largiatur: Quēadmodum ex

eiusdem Dionysij uerbis quæ iam audistis post acrem meditationem facile in/
telligitis: Quapropter inenarrabilis supereminētiæ separatū in se retrocessum
consyderantes sanctissimū nomē Hu: imprimis ueneranē: & ipsum ante Ebieh
collocant: Quod Esaiæ prophetarū nobilissimo deus ipse manifestauit dicens:
Ego dominus: Hu est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Videtis
iam dictū nomē sub modio lumē cōtinere/ac restringere quidē radios: & in ab/
ditis secessib⁹ deū solitarie cōmorātem designare absq; ullo uirtutum effluxu:
sed in suijpsius se cōsistētia simplicissima & absolutissima cōtinentē: nō egredie/
tē: nihil gubernantē: sed cuncta pmittentē: quæ bn̄ fiūt acceptantē: quæ itē ma/
le: non recordantem: quale posthac in eodem prophetā deus loquitē: Ego sum
Ego sum Hu: delens iniquitates tuas apud me: & peccatorū tuorum non recor/
dabor. Nam qd̄ Hu gloriam suam non dat alteri: quod non recordatē peccato/
rum: quod apud se ac non propter aliud extra se delet iniquitates: declarat si/
gnificatū nominis: quoniam Hu deum a rebus ita separatum notat ut omia in/
tra seipsum uel agat uel permittat uel quiescat. Et sæpe negatiuis sermonibus
nomen istud cōsequētibus præponitē: ut paulo superius locutus est deus: Intel/
ligatis: quia ego Hu: ante me non est formatus deus: & post me non erit. Hoc
tam augustum & insigne nomen a græcis quondam philosophis: maxime autē
Platonicis Tauton: a latinis Idēipsum est appellatum. Psalmus enim primus &
centesimus de deo sic enunciat: Et tu es Hu: & anni tui nō deficient: Vos latine
in cœtu sacrorum decantatis: Tu autē idemipse es. Et nomen Idem Virgilius
ad Iouem transtulit pari quidem intelligentia: quādo Iupiter oraculum promul
gabat dicens: Quæ cuicq; est fortuna hodie quam quisq; secat spem: Tros rutu/
lusue fuat: nullo discrimine habebo: Seu fatis Italum castra obsidiōe tenenē: Siue
errore malo Troiæ monitisq; sinistris. Nec rutulos soluo: sua quicq; exorsa labo/
rem: Fortunamq; ferent Rex Iupiter omnibus idem. Videtis hoc nomē Idem
regi Ioui attributū. Tantæ itaq; maiestatis/ tam præsidiosum auxiliareq; uoca/
bulum Tauton: quod est Hu: supereessentialiter æternū est: incōmutabile: in se
ipso manens: scd̄m eadem: & eodē se habens modo: omnibus similiter præsens
ipsumq; scd̄m seipsum in seipso firmiter & intemerate in pulcherrimis substan/
tiuæ identitatis finibus collocatū: intrāsmutabile: inflexibile: inuariabile: imper/
mixtum: imateriale: simplicissimū: nullius egens: inaugmentabile: indiminuibi/
le: ingenitum: nō quasi nōdum genitum: uel quasi imperfectū: uel quod non sit
ab hoc uel illud genitum: uel quod nusq̄ nulloq; modo consistat: Sed ut super
omnia ingenitū & absolute ingenitum: semperq; sit & in se perfectū atq; idem
sit scd̄m seipsum & a seipso uniformiter & idētiformiter limitatum. Vereor hic
ne in transferendis græcis aures doctas male offendam. Sed forte non est mihi
apud prætorem oratio habēda: neq; uos ut in foro & subsellijs auditores sede/
tis: sed in Academia secretissimæ philosophiæ: quæ res nudas magis q̄ ornata
uerba desyderat: q̄uis si fieri a me posset: deberem quidem iuxta Horatiū Flac/
cum: cum rebus simul & iocunda & idonea dicere uerba. Vtcūq; est: Ego subli/
mem eius nominis dignitatem in fastigio omnium præfigerem: si non quādoq;
imo sæpius in hæc subterlunaria deflueret: & cum rebus ita cōmunicaret ut in/
de sibi cognomentū caperet: Quicquid nō aliud sed idemipsum existere puta/
mus: nō solum in substantijs: ut Dido ad Aeneā: Te propter eūdem Extinctus
pudor. Verūetiam substantias cōsequētibus: ut Anna Didonis soror: Eadē me
ad fata uocasses: Idem ambas ferro dolor atq; eadem hora tulisset. Itemq; de
socijs Aeneæ Virgilius: Idem omnes simul ardor habet. Quam rerum cum eo/
dem uerbo participationem Esaias mihi uidetur explicasse: per quem deus lo/
quitur: Ego Hu; Ego primus & ego ultimus. Et paulo post: capite quinquage/

ſimoprimo: Ego ſum ego ſum Hu conſolans uos: quo liquido nobis innoteſcit ipſum Hu & initio & fine & in medio rerum uerſari. Vnde ut ueſtra quoq; noſtris conſentire demonſtrem: rurſus Areopagitam audite: qui de Hu quod ipſe Taphton uocat: ſic ait: Idem ipſum ex ſeipſo omnib⁹ ad participandum idoneis irradiat: alia connectens alijs abundantia & origine identitatis in ſeipſo/& contraria identifice præbabens per unã & ſingularem totius identitatis ſupereminentem cauſam: Vnde tanq̃ rex ſuo nutu cuncta penetrat ſuperna: mundana & inferna. Nec eſt ulla uirtus in cælo & in terra & apud inferos quæ huius nominis poteſtati reſiſtere ualeat: & iccirco dominus uirturũ Hu dictus eſt: quia omnis uirtus & potentia illi ſubiecta eſt. Quærit propheta pſalmo uigeſimotertio: Quis eſt Hu: ille rex gloriæ? Reſpondet ſpiritus in propheta: Domin⁹ uirtutũ eſt Hu: Ipſe eſt rex gloriæ in æternum. Occurrit aliud memoriæ quod ſola iam dicti nominis cõmemoratione recordor. Eſt enim per Moyſen inter ſeptem ſimul conſecrata nomina cum Hu: etiam Eſth poſitum: uno ſermonis contextu in legis repetitiõe quam Deuteronomiũ appellatis: quod latine ignẽ uocamus. Ideoq; ſæpius exaudit in igne: ut Abrahamũ: Heliam: Dauidem: cæteroſq; de quibus extant hiſtoriæ tanq̃ in re diuinitati conſentanea. Et moyſes uidit deum in igne: & angelũ in flamma ignis. Et Eçechielis diuina uiſio: fuit ſplendor ignis: & de igne fulgur egrediens. Plato item ſummũ deum in ignea eſſentia eſſe uoluit: quem ingratus diſcipulus Ariſtoteles ut ſæpe alias ita nunc quoq; non ſine calumnia reprehendit in quodam libello ad Alexandrum Macedonũ regem conſcripto: ubi reperit uel non tam reperit q̃ ab Indorum Brachmanibus didicit: quintam eſſentiam diuinitatis eſſe manſionem. Non plane nos inquit ut aliqui circa diuinũ aberrantes: in ignea eſſentia deum eſſe dicimus. Deinde ueritatis teſtem: ſcilicet Platone meliorem citare nititur: quando ſubdit. Sic enim & Homerus ait: Sors Iouis eſt cælũ nebulis ſedet æthere lato. Melius igitur propheta Zacharias/& multo certe melius quippe qui ex ore angeli deum ipſum audiuit loquẽtem: Ego ero ei dixit deus murus ignis in circuitu & in honorem Ebieh in medio eius. De quo ut etiam Sidonio nro in adducendis philoſophis ego blandiar/ille Plutarchus uir plurimas artes egregie doctus in Phyſicorum dogmatum collectario ſuo mentionem facit. Deſcribunt inquit dei noticiam ſic ſpiritum intellectualem & igneum non habentem formam ſed tranſformantẽ ſe in quodcũq; uoluerit & coæquantem ſe uniuerſis. Vnde Zoroaſter ait: Omnia ſũt ab igne uno genita. Vos quoq; Capnion: imo nos chriſtiani (Nolo enim profeſſionem quam cœpi deſerere) deum uulgo ignem nominamus cum Paulo tarſenſi: q ad Hebræos ſcribens: Deus inquit ignis cõſumẽs eſt: Tametſi hoc nomen ſub quadam diuinitatis diſcreta ꝓprietate ueneramini ſanctoſpiritui attributum: quod Ioannes Baptiſta docuit tam apud Marcum q̃ etiam Lucam dicens: Ego quidem baptiço uos in aqua ad pœnitentiã: qui autem poſt me ueniet fortior me eſt: cuius non ſum dignus calceamẽta portare: Ipſe uos baptiçabit in ſpirituſancto & igne: per Endyadis figuram In ſpirituſancto: id eſt igne: in cui⁹ ipſe ſpecie ſublato chriſto apoſtolis apparuit. Perplacet inquit Capnion: iſta recitatio tua: quoniã non nihil religioni ut arbitror noſtræ cõgruit. Omniũ primum nõ eſt aliud quod unq̃ maiori cum uoluptate aceperim: q̃ ita te ordinaſſe non humano arbitror inſtigatu diuina hæc nomina: ut contra multorũ opinionem: etiam noſtratiũ quos theologos coronamus: nõ Ebieh quod illi putãt ſed Hu: primũ cõſtitueris ut ſit ordo: Hu: Ebieh: Eſth: quaſi aliquis ad ineffabilẽ unã trinitatẽ: & trinã unitatẽ loquat: Idẽ es ignis: quẽadmodũ d̃ uiſibiliũ rerũ natura dicim⁹: ſubſtãtia uirt⁹ opatio: in eodẽ uno indiuiduo. Et forte ſicut Orphe⁹ ſacros hymnos ſm cõſecrata nomia diſpoſuit SIDONIVS inquit. Nyx: Vranos:

æthir. Vel Homer⁹ Zeus/Athena/Aphrodita. De primo sic ait: Iupiter obscu/
rans nebulas & in æthere regnans. De secundo: Si dederit mihi consiliosa Mi/
uerua decorem. Eam nanq; propter caput Iouis: de cuius cerebro nata dicitur
multi consilij & magni consilij deum uocamus: quem uos Hebræi Hochma no
minatis. De tertio: Sic fatus risit pater ille hominūq; deumq; Splendētemq; uo/
cat Venerem cui talia dixit: Haud belli imperium curæ tibi nata relictum est:
Sed molli amplexu flammisq; incendere diuos. De quo Ternario illud Maro/
nicum uel Pythagoricum poti⁹ canere possem: Numero deus impare gaudet.
Nam mihi uidere uideor totam uos essentiæ diuinæ maiestatem in superemi/
nenti triade cōprehēdisse. Hinc fortasse qd' entia creat: creata rapit: rapta per/
ficit. Sed quid Baruchiam moror: Age si ultra quid habes. Tum ille: Habeo
quidem adhuc paucissima quædā quæ meæ olim memoriæ sollerter impressi:
tamen nihil ad hoc genus nominum quæ modo recensui. Nam existimare ne/
queo inter cuncta quæ uel legi uel audiendo didici aliquod restare nomē aliud
præterq; pridem quæ a me deprompta sunt. Solis enim diuinam essentiam tri/
bus istis complectimur nominib⁹: Hu: Ehieh: Esth: quæ dei essentiam significa/
rent & si iam nullus esset mundus uel exemplaris uel corporeus. Tunc enim
deus & idem ipse esset: & essentia sua esset: & esset igneæ naturæ. Non quidem
ut est elemētaris ignis: neq; ut stellaris siue cælestis/sed ut inenarrabilis in seipso
splēdor: cuius omnes præterea ignes umbra sint & tenebræ: Quod Chaldæo/
rum monumenta græcis uersibus apud Synesium indicant. Ne tu despicias ni/
grum sine lumine mūdum. Cuiq; profunda & iam substernit' atra tenebra: Sor/
didus est obscurus item: simul idola pascens. Sic enim mundus etiam ille si quis
est archetypus/umbra & idolum erit ad diuini in seipso luminis comparationē:
quātomagis hic noster materiæ ac fæcis consors mundus: qui & superioris mū/
di umbra dicitur: & sola quædam effigies. Sed nescio quid mihi de Hochma Si/
donius in aurem susurrauit: quasi nomen sit inter consecrata essentiæ. Fateor
equidem quoniam nihil deo accidat: neq; illi extraneum cohæreat. Nihil enim
est simplicius & magis unum: Quotidie uero cum Dauid ad deum clamamus:
Omnia tu in sapientia fecisti. Ergo ante omnia quæ facta sunt/fuit apud deum
sapientia. Quæ si non ut extra deum: aliter enim nequaq; ante omnē creaturam
fuisset. Erat igitur essentia dei. Supra enim ostendimus idem essentiæ uocabu/
lum esse: quare motus iam Sidonius ut ipse conijcio ueritus est ne inter ea quæ
sint Vsias: ego negligentia inerti quadam: Hochma: id est sapientiam omitte/
rem. At ubi cum animo suo meditabit' aliud nihil esse deum nisi essentiam suā:
non erit cognitu difficile quonam modo nomina deum significantia distribua/
mus: pro humana uidelicet consuetudine: quippe qui summam & excellentissi/
mam diuinitatis naturam improprie ac imperfecte cognoscim⁹: & iccirco illam
quoq; imperfecte nominamus. Quod si qua nobis diuinitus tradita sunt nomi/
na: nos illa pro nostræ intelligentiæ captu disponim⁹: ut quædam significare
deum secūm seipsum putemus: omnibus uestibus exutum/nudum: & a singulis
applicationibus separatum/quas nosipsi rebus alijs accidere uidemus: ut cum
est ille supersubstantialis ignis: ut cum est ipsum esse complexum unice ac sem
piterne præteritum/præsens & futurum in unum pelagus æternitatis unifico
uinculo colligatum: ut etiam cum est ipsum idem: nulla quidem alteritatis pro/
portione admixtum. Quæ tria naturam quandam substantiæ puram designāt
etiam penes mortalem nostram & imbecillem rerum noticiam. Sapientia uero
eiuscemodi est: quam nos hominibus accidere sentimus: quapropter alterum
altero sapientiorem dicimus. Illam similiter deo attribuimus: eiusq; nomen

Hochma: quis inter sacra nomina deum significantia non minimæ iudicetur efficaciæ: tn ne utiq; Kataphton: id est scd'm se: sed Periaphton: id ē circa se deū nominare permittitur. Cuius indicio sacra sunt eloquia: Quod stultū dei/sapientius est hominib⁹. Quo fit ut ipsamet in Prouerbijs hoc de seipsa pandat mysterium: cum ait: Dominus possedit me initio uiæ suæ: priusq; ille faceret ex tūc. Ab æterno effusa sum ex capite anteq; terra. Nondum abyssi/quādo concepta eram: necdum fontium aggrauatæ aquæ. Anteq; montes fundabātur/ante colles concepta sum. Postertus consequit: Et Ebieb scd'm se artifex: & Ebieb deliciæ quotidianæ. Quod uos elegantius ita legitis: Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies. Vos iam certe remoto uelamine cernitis: sapientiā dei: esse quādam emanationem/licet ante mūdi constitutionem productam/tamen contemplatione rerum futurarum ex capite summi dei ortam: per quā omnia facta sunt: & sine ipsa factū est nihil: quasi fuisset ipsius Ebieb: id est primi esse: quem hic uocat artificem: concomitans habitus & industria. Humano more loquor propter imbecillitatem nostram. In eiuscemodi nāq; causa intelligimus aliquādo quæ effari nequimus. Equidem arbitror eam sapientiam fuisse substantiam uiuentem/& energiam operantem scd'm uolūtatem opificis uniuersitati prouidentem. Et quāq; deum ipsum hoc fuisse: sancta opinio est: tamē cogit me animus aliam illic dei proprietatem intelligere: q; sui ipsius nudam immanentiā. Quare Hochma: ex ijs esse opinor quæ comitant dei abstrusam in seipso clausionē: ut etiam fortitudo dei: quæ pariter cum sapientia pauloante dicta non nihil contulit ad mūdi machinam: testimonio Hieremiæ de creatore: qui fecit terram in fortitudine sua: & præparauit orbem in sapiētia sua: & in Binah: id est intelligentia siue prouidentia sua extendit cælos. Habetis iterum nomen religiosum/quod Hebræi post coronam & sapientiam ponunt inter decē numerationes deo attributas: non incōmunicato sed radianti: nō concluso sed apparenti: non abstracto sed egredienti. Quarū prima est inaccessibilis diuinitatis abyssus & maiestatis pelagus & infinita omnium potestas tam quæ sunt q; quæ non sunt. Hanc nulla subterfugiet contradictio: hanc nulla prohibet implicatio: hanc nulla moderatur philosophiæ dialectica ratiocinatio: nō sophisticæ perplexitates: non logica phantasmata. Hoc denicq; diadema: totū a diuinitate pendens regnum: obijcibus ruptis penetrat. Nomen eius uocant Kether. Sequūtur adhuc nouem dei uestimenta: quorum fimbrias quotiēs ipsa mens beatorum attigerit: totiēs respondet deus: Tetigit me aliquis: Nam & ego sensi uirtutem de me exijsse. Sunt enim ipsarum nouem beatitudinū non tam fruitiones: q; fruitionum obiecta: quæ tandem in nouem hierarchijs cum beatorum mētibus conueniūt: & beatitudinis fruitionem singulis perpetuam admittunt. Quod si primam rursus ad se numerationem assumpserint/finem decem uerborum digito dei conscriptorū correspondenter adimplebunt. De Hochma & Binah Salomon in parabolis: Beatus inquit homo est qui adeptus fuerit sapientiam/& qui affluit intelligētia. Et in Iob respondit Elihu filius Barcaelis. Dixi: dies loquētur/& multitudo annorum sciet sapientiam: sed certe ipsa est spiritus in hominibus: & inspiratio dei omnipotentis dat eis intelligentiam. De Neçab scripsit Samuel prophetа in libro suo quem uos Regum primum uocatis: Triumphator in Israel non parcet: & pœnitudine nō flectetur: Neque enim homo est ut agat pœnitentiam. Post quod diuinum nomen/Rex Dauid gratiam habens deo super templi futuri sumptibus collectis: aliud posuit prope finem libri uerborum dierum primi: cum ait: Tibi est domine magnificentia & potentia & gloria & victoria & Hod: quod uarie transferunt: laus uel confessio.

Manifestabit hoc ipsum diuinitatis uestimentũ: psalmus tertius & centesimus: quo deus præconio effertur his uerbis: Hod & decorem induisti: amictus lumine sicut uestimento. Sequitur hanc confessionem laudis & gloriæ nomen aliud sanctũ & uenerabile: nomẽ inclytũ & præconij plenũ: quod tanq̃ cor in uiuẽte: ita inter decẽ Sephiroth circiter mediũ collocat̃ Tiphereth. Sic enim in libro uerborũ dierũ iam pridẽ citato: quẽ relictor̃/ hoc est Paralipomenon appellãt: Inq; eius libri notato carmine dicit̃: Nũc igit̃ deus noster cõfitemur nos tibi: & laudamus nomẽ Tiphereth inclytũ tuum. De ambobus tractat psalmus nonagesimusquintus: Hod & pulchritudo in cõspectu eius: fortitudo & Tiphereth in sacris eius. Vos potestatẽ huius nominis in psal'. lxxxviij. contemplemini: cũ dicit̃: Quoniã Tiphereth uirtutis & ualoris eius tu es deus. Et Esaiæ tertio atq; sexagesimo. Sic duxisti populũ tuũ ut faceres tibi nomen Tiphereth. At uero post omnia hæc loquamur de augusto cingulo excelsi dei: quo ipse simul cum cæteris principe dignis uestibus in mundi ordinatione usus perhibet̃. Est enim cingulũ & in iure ciuili ornamẽti nomẽ. De quo in psalmo. lxuij. canitur: Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniũ finium terræ & in mari longe: Præparãs mõtes in uirtute tua: accinctus geburah. Cum igit̃ tanta maiestas latibulũ egreditur: ornata diademate/ sapiẽtia/ intelligentia/ uictoria/ præconio/ decore: quæ singula ipse sibi accingit potentia sua: quid aliud est hoc: q̃ regem procedere in regnũ? De⁹ eni Rex noster ante sæcula: ip̃e ẽ dn̄s uirtutũ & Rex gloriæ: Rex magnus super omnes deos: Rex omnis terræ: ipse regnabit in æternũ & ultra. Quare oritur cõsecratũ illud nomẽ Malchuth: quod tam illustre regnũ: tam luminosum imperiũ respicit: cuius in æterno curriculo uastissimi orbis nullus erit finis: De quo scribitur: Regnũ tuũ: regnũ oim sæculorũ. Sequunt̃ duo regis insignia: sceptrũ & gladius: id est misericordia & timor. Prioris nomẽ est Hæsed: cuius prophetа regius meminit dicẽs: Dn̄e in cælo est misericordia tua. Nec solum hoc/ sed etiã supra cælos: ut psalmo cẽtesimo septimo: Et Moyses in illa diuina summi creatoris inuocatiõe inter sacratissimas adiuratiões/ non dubitauit etiã hoc deuotũ sanctitati nomẽ proferre dicens: Dn̄e Tetragrãme: Deus misericors & clemens/ patiens & multa misericordia: qd̃ est Hæsed. Accedit ultimo diuini cultus & perfectæ religionis principiũ: quod quidem si rite singulas contemplationũ proprietates rimamur quoad ipsum maiestatis effluxum: uersus nos postremũ succedit. At ubi nostros intutus a nobis ad supremi numinis uestitum atq; ornatum destinamus: profecto non iniuria propter semitæ conuersionem: primas cathedras obtinet & appellat̃ Pahad: id est timor. Vnde haud ineleganter illud triuiale uulgo canitur: Primus in orbe deos fecit timor. Et sũt nõnulli & ijdem nobiles grãmatici qui deos a timore transtulere. Nã deos græce/ timor est latine. Non autem hic est is timor: quo nocentes cruciatum formidant. Ille enim & furijs & dæmonibus noxijs & aduersis manibus est dignus: de quibus apud Virgilium querunt̃ inferi: Quisq; suos ꝓatimur manes. Nõ est ille diuinus & salutaris timor: nec a deo proueniẽs/ sed furor & nocentis conscientiæ uermis: qui rodit quotidie atq; urit malam mentem/ malum animũ. Quod M. Tullius Cicero ꝓ suo more contra Pisonem egregie copioseq; disserit. Nolite inquit putare. P. C. ut in scæna uidetis homines consceleratos impulsu deorum terreri: furiarum tedis ardentibus sua quæq; fraus: suum facinus: suum scelus: sua audacia de sanitate ac mẽte deturbat. Hæ sunt impiorũ furiæ: hæ flammæ: hæ faces. Est autẽ Pahad: timor intraneus: excellentior amore. Quo fit ut nobilissimus quidam nostra ætate philosophus: recte mihi dixisse uisus sit: quod sicut extrinsecus timor est inferior amore: ita intrinsecus est supior amore. Vos ipsi profecto nullo docẽte uerum id esse intelligitis: quanto melius agnoscetis

tam ſanctũ:tam colendũ:tam uenerabile nomẽ diuino ſpiritu afflatũ eſſe homi-
nibus:non ſolũ ut conſecratũ ſed ut diuinũ:ut efficax:ut religionis ſacramentũ
firmiſſimũ. Si dubitabitis:legite arcanorũ monumẽta: legite ſanctas litteras de
patriarcha Iacob conſcriptas. Iurauit enim Iacob per Pahad patris ſui Iſhac:qd
interpretatũ eſt timor: Et ad ſocerũ aiebat: Niſi deus patris mei Abrahã & Pa-
had Iſhac fuiſſet mihi: iam nudum me dimiſiſſes. Audiuiſtis breui quæ ſint in-
enarrabilis cõſiſtentiæ obſeruandiſſima nomina: quæ deniq; & intra ſe & foras
deriuatæ decem emanationes:& earũ laudem:honores:gloriã:dignitates:atq;
ſacrata uocabula: modũ diſpoſitionis eſſentiæ diuinæ ſignificãtia: & ex ipſis ſa-
cratiſſimis litteris electa. Nobis igitur nunc cum tanta maieſtate totus Elohim
in uniuerſitatem rerum egreſſus eſt tot ornamẽtis : tot ueſtibus circũdatus: &
iccirco Elohim uoce plurali deus unus cognominatus. Sed quũ eſſentiæ uerba
tractaremus : breuiter cõmemorandũ fuit id quod ueritas habet : nullũ a nobis
ex ijſdem tribus explicitũ nomẽ: quãtũcunq; ipſam ſolam & propriã dei eſſen-
tiam deſignat : res creatas negligere : ſed quodlibet ornatu ſuo & decore & co-
gnomẽto & appellatione quãlibet a ſummo dependentẽ creaturam inueſtire
atq; denominare. Et ut incipiam ab altiſſimo quod eſt idem ipſum:quicquid ſe-
ipſo & ſuis finibus contentũ:quicquid naturã propriã:locum incõmunicatũ:di-
menſionẽ peculiarem:quicquid inſignẽ differentiæ notam & ſeparatã ſtatus cõ
ditionem ſortitũ eſt:id nõ eſſe aliud quippiã:ſed idem ipſum dicit. De illo autẽ
quod eſt:uidemus quãta eius in ſingula creata ſit cõmunicatio. Non enim ſolũ
quod ſubſtantia ſua nititur:uerũetiam quod alteri quidem adhæret entis uoca
bulum uſurpare cõtendit:ut tandem eſſe dicant uniuerſa quæcũq; a primo de-
pendent. Sed de igne quid dicemus:quũ nihil uſq; ſit qd eius ſcintilla carere di-
catur:uſq;adeo ut Heraclitus cuncta ex igne genita eſſe docuerit. Quapropter
intellectui etiã noſtro & egregiũ & adorandũ & excellentiſſimũ ſuperſubſtan-
tialis deitatis nomẽ ſe offert: Innominabile, quo præter deũ unum:ſolũ:primũ:
nihil aliud denominari queat uocaturq; apud græcos Tetragrãmaton Anec-
phoniton:id eſt quatuor litterarũ ineffabile. Quod cum omnia operatur: nihil
operũ ſuoq; a ſe denominat:nihil appellat:nihil ſuo uocabulo afficit. Hocipſum
enim interpretes nullã ei parem dictionem inuenientes: ſaltem propter ſuper-
eminentiã dominũ uocauerũt. Nõ quia litteræ hoc proferant: quippe quæ nul-
lam ſyllabam conficiũt : ſed ſimpliciſſimũ ſignificãtes componi nolunt: & incõ-
prehenſibilis uocis ſimulacra exiſtentes ſingulæ uocales ſunt:ibub. Quod ſolis
quatuor punctis rite ordinatis Chaldæi depingere ſolẽt:ne tam ſancti characte-
res digito dei conſcripti:uſu quotidiano mortaliũ uileſcant: Quoq; conſuetudi-
nem modo pariter hebræi aſſumpſere:potiſſimũ uero quando in chartã exara-
re conant. Tunc enim aut non integras quatuor litteras : aut Chaldaicã figurã
inducunt. Præterea ſunt qui tribus tantũ punctis utant ſemicirculo cõnexis/&
alij aliter. Hoc totum ob reuerentiã tanti nominis inuentũ eſt:ne cõtrectatione
frequẽti contemnat tantæ maieſtatis diuino uerbo prolatũ ſacramentũ. Iam iã
accepiſtis oim arcanorũ ſecretiſſima ſignacula:Nomen Tetragrãmaton:ab ho-
mine nuſq; repertũ: ab uno deo traditũ. Nomẽ ſanctũ & bonorãdũ. Nomẽ unũ
quo ſolus deus eſt benedicẽdus religione paterna. Nomen potẽtiſſimũ qd co-
lunt ſuperi:obſeruãt inferi:oſculat uniuerſitatis natura: quod ab aſſiduis culto-
ribus imbibitũ:& ſacerdotijs mẽtibus ineſcatũ: mirifica dicit imperia humanæ
facultati condonare. Nomẽ primis parẽtibus noſtræ propaginis mox cũ inſpi-
ratione uitæ diuinitus cognitũ. De primogenito namq; ſuo Heua dixit: Poſſedi
hominem per Tetragrãmon. Sic enim ſancti characteres cotinent:quod antea
neuter inuenit protuliſſe. Nomẽ deinceps in bonã atq; frugiferã ,ptoplaſmatũ

Nõ ineffabile

Tetragrammaton

Iheh

generationē deriuatum. Nam cum ipsi Setb ad imaginem & similitudinē Adæ formato genitus esset iocūdissimus filius: cœptū est eo die inuocari nomen Tetragrāmaton: eo qd prius inuisum genus hominū de prosapia Cain ortorū terram inhabitarēt: cum quibus non multa erat dei cōuersatio. Setb itaq; quia cultor diuinitatis fuit: usq; adeo super prole gauisus est: ut cum uxore ac familia nomen dei a parētibus edoctum inuocaret. Atqui sunt qui hoc loco doceant: omniū primū Enos Adæ nepotem inchoasse nominis Tetragrāmati uocationē: librariorū errore forsitan capti: non uerentes qd Stagirita philosophus in sophisticis redargutionibus admonet: Imperitos idiomatum facile decipi. Quale illis accidere uidemus qui libētius toto æuo logicis quæstiunculis implicant & aranearū telis: q̄ paucis annis diuinæ litteraturæ. Nam cum Eusebius Hieronymus traduxerit hoc modo: Sed & Setb natus est filio quem uocauit Enos: Hic cœpit inuocari nomē domini: ludicabant aliqui partem orationis: Hic: pronomē esse: cum sit aduerbiū temporis accentu circūflexo ꝓnunciandum: Idemq; designat qd tunc: Ceu apud Maronem: Hic pater omnipotēs ter cælo clarus ab alto Intonuit: id est tunc intonuit de cælo pater omnipotens. Sicut ubi signū loci existens pari consuetudine interdum significat quādo: ut ipse ubi tempus erit omnes in fonte lauabo. Igitur simul atq; nascebat ipsi Setb filio: Hic cœptum est inuocari: id est tunc inclamabat nomen Tetragrāmaton. Iam uero in hāc abusionem uentū est ut uulgo pro: hic: aduerbio: pronomē iste legat: quasi Enos iste primū incœperit inuocare nomē domini. Qd si uerū sit: tam ex sacris litteris q̄ Chaldaica expositione: ipsi uos intelligitis. Deinde hoc sanctissimū & cultu dignissimū nomen: hæreditatis quodam iure ac perpetua successione per subsequētem: non Cain reprobi generationē sed ipsius Setb diligenti religionis studio & assidua erga deum fide & uirtutis integritate præditi continuatā posteritatem deuenit usq; ad Abraham: qui cum iret in terram Canaan: ædificauit altare deo & inuocauit illic nomē Tetragrāmaton: Cui aliquāto post: iterum apparuit deus dicens: Ego sum Tetragrāmus qui eduxi te de Vr Chaldæorū. Huius filius Isbac iuxta puteū iuramēti Bersaba: imitat patrē: statuit & ipse altare deo: & similiter inuocauit nomen Tetragrāmaton. At Iacob illius filius: cum recubuisset in Haran: uisus est ei deus innixus scalæ: quæ a terris eleuata cælum attigit: cui dixit p somniū: Ego sum Tetragrām deus Abrahā patris tui: & deus Isbac. Qui cum euigilasset: certe inquit est Tetragrāmus in loco isto. Cum igitur in castris nocte posteriori luctaret cum deo: & quæreret nomē eius: increpando respondit deus: Cur quæris nomen meū? Superfluū enim iudicauit illum quærere quod ante possederat. Tum pace tua CAPNION ait: interumpo disputationem: Nam uideris impetu tam copiose orationis tuæ duci per inuia ac pene præcipitari. Nūquid memineris de hoc nomie deum dixisse Moysi: Ego dominus qui apparui Abraham: Isbac & Iacob in deo omnipotente: & nomen meū Tetragrāmaton non indicaui eis? Tu uero nos docere audes tam occultū nomen illos nouisse: tanq̄ hæreditariū a prima humani generis matre ad se deriuatum. Qd si esset: non recte nobis cōmentariorū scriptores & magni & graues & insignes theologi tradidissent: soli Moysi primo reuelatū: nec ante patribus scitum fuisse: nec sic esset a deo institutū: sed ab Heua excogitatū & posteris suis legatum. Vera tu quidem recitas: BARVCHIAS inquit: sed falsa concludis. Ita enim uicissim mihi dabis ueniā si præter modestiā utar dialecticorū cōsuetudine in dicendo. Nempe qd hoc Heua pronūciauerit: consecratæ litteræ testātur. At qd excogitauerit primū: quod finxerit: quod instituerit: quasi esset hūanun inuentū & nouun exorsum: haud tibi assentiar. Et si memoria tenes/remoui occasionē dicens: quantū mea fert opinio: qd mox cum spiraculo uitæ afflatū

ſit illud primis parētibus & cognitū diuinitus: Id quod nobiliſſimus præco diui/
norū ſecretorū Eſaias plurimū cōfirmare putat cum ait: Tū es Tetragrāme pa
ter noſter: redemptor noſter: a ſæculo uel ab æterno nomē tuū. Ergo ante tem/
pus quo creati ſunt patres noſtri terreſtres: id nomē fuit. Cæterū qd affers ipſa
dei uerba qui ſe dicat ſuperiori ætate proauis apparuiſſe in deo omnipotēte: &
nomē Tetragrāmaton nō indicaſſe eis: dignū eſt indagine quatenus hūc nodū
diſſoluā. Faciam⁹ itaq; eius rei periculū. Quiſnam eſt qui cum audiat Eçechielē
de lapidib⁹ precioſis loquētem: non recordet ſe uidiſſe uel horū aliquē? Et quis
eſt mercator opulent⁹: cui nunq; fuit cognitus Sardi⁹: Topaçius: laſpis: Chryſo/
litbus: Onyx: Beryll⁹: Sapphir⁹: Carbūcul⁹: Smaragd⁹: aut aliquis horū: aut plu/
res: aut oēs: uel etiā quos Moyſes addidit Ligiri⁹: Achates: Amethiſt⁹? Quis itē
eſt: qui nō ex lilijs agri: & floribus campi: & herbis hortorū multas & uarias ſpe/
cies cū earū nominib⁹ atq; figuris notauerit? Hic olus: hic latæ fundētes brachia
betæ: ut ait poeta: Fæcūduſq; rumex maluæq; inulæq; uirentes. Hic cicer & ca/
piti nomē debentia porra. Hic etiā nocuū cerebro gelidumq; papauer: Grataq;
nobilitū requies lactucha ciborū: Et grauis in latū dimiſſa cucurbita uentrē. Om/
nia hæc nos quiq; etiā mediocres de grege nouimus: Soli uero egregij homies
& eximij: præter nomina uirtutes quoq; ſingulorū ſciunt & poteſtates: quibus
uel phyſicus aliquis edoctus: uel Empiricus exercitat⁹: indicauit. Nihil itaq; mē/
tietur uel agreſtis homo qui ſe Coralitū atq; Smaragdū noſſe dixerit: cui nego/
ciator quiſpiā modū internoſcēdi mōſtrauit colore: figura: precio. Nouit enim
qd Coralius neq; Smaragdus eſt neq; uiceuerſa. Qui uero ſe ſcire hos lapillos
haud ficte profitet: eum illorum potentias & operationes eſſe perdoctū opor/
tet: & qd talis ac tantas uterq; ſit: Et qd Smaragdus appenſus collo: Epilepſeos
auertit occaſionē: & Coralius repellit ſtomachi dolorē: certā quoq; ſuſpēdendi
legem & cætera illi artificio congruētia. Quēcunq; igit talia non inſtitui quiſq;
is eſt: tametſi gemmā & nominauerit & elegerit: me docente: illi recte me dixe/
ro gemmā ipſam nōdum indicaſſe: aut herbā aut quāuis aliā rem. Nondū enim
proprietatē illi & potentiam eius operationeſq; mōſtraui. Sic & deus Moyſi de
hoc nomine locutus eſt: quoniam patribus in deo omnipotēte apparuit. In ſua
nāq; omnipotētia ſuperiorib⁹ annis ipſemet deus fecit miracula. Veniēte uero
tempore liberationis Iſraeliticæ: benigniter uoluit diuinā & mirificā poteſtatē
ſuam delegare hominibus in huius nominis Tetragrāmati uirtute occulta: quæ
nulli unq; mortaliū prius reuelata fuit. Pridē enim ſingulari pactio incluſit ei uer/
bo maieſtatē energiæ & mirificā potentiā: quæ patriarchas maioreſq; noſtros
uſq; ad Moyſi tempora latuit. Tria itaq; ſunt: eſt nomē: eſt ſignificatū: eſt pactio
ſiue cōfœderatio diuina. Nomē humanā mentē eleuat. Sgnificatū eleuatæ mē/
ti adhæret. Duo hæc maiores noſtri cognouerūt & nomē & ſignificatū: Ideoq;
in eodem nomine inuocauere deum: & in eodē rurſus uitæ illorū ipſe fuit propi
tius. Sed tertiū quod multo mai⁹ eſt: quo uerbi continet ſupeminens poteſtas
homini a deo ſummo delegata: Moyſi fuit & nō patribuſ indicata. Clarius iſtud
ex hebraico ſermone perpendit. Pro eo enim qd nos Indicaui legim⁹: Hebrai/
ca littera cōtinet Nodacthi: hoc eſt ſciri feci. Non enim fecit deus ſciri ab ætate
ſuperiori nomen ſuum Tetragrāmaton: & intelligi quæ penitus intra latēt ma/
gnalia hūanæ fragilitati cōmendata: ſed potius agnoſci & coli & obſeruari pro/
miſcue: ſicut cætera diuina nomina. At uero nūc præpoſuit deus hoc nomen &
in faſtigio locauit ſuper alia nomina ut mirabile: ut magnum: ut terribile: ut no/
tum ex miraculis a deo per hominē factis: Quapropter Eſaias ait: Tetragrāme
deus me⁹ es tu: exaltabo te: cōfitebor nomini tuo quoniā feciſti mirabilia. Hoc
eſt ſcire nomen Tetragāmaton: cum non ſolū characteres & uerbum noſipſos

non fugiant: uerũetiam eius pronunciatio quæ est occulta & uirtus recondita & sequẽtia miraculorum signa: Quod omne cum ex capite quarto Exodi: tum ex ipso posthac dei sermone fiet manifestius. Ego inquit dominus educam uos de ergastulo ægyptiorum: & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso & iudicijs magnis: & assumam uos mihi in populum: & ero uobis in deum: & scietis qd̃ ego sum Tetragãmus deus uester. Scietis nũc Tetragrãmaton. Qua doctrina? Quia in brachio extẽto: Ecce miracula. Quam noticiam peripatetici uocãt posteriorem ex signo: Vnde oritur fides. Scietis: at qua nostræ fragilitatis capacitate? Quia iudicijs magnis. Dei enim est iudiciũ: dei sententia: cui parere uniuersam nationem absq; ulla præparatiõe oportet: Ecce spes. Scietis: at quis erit sciendi modus? Et certe cõfœderatio dei cum homine: Quia uos assumam mihi in populum: & ero uobis in deum: Ecce utrinq; amor & dilectio. Nõ enim cõmuni obligatione ac nexu tantũ opus est: sed necessario nouum fœdus cum deo coibim⁹: super uerbo Tetragãmo: si cupimus eius uirtutem in nobis operari. Vniuersitatis enim dominus ante hoc ipsum futuræ societatis fœdus de iudæorum plebe Moysi locutus est: Videns uidi afflictionem populi mei qui est in ægypto. Fuit igitur ante adoptatus in populũ dei. Et quid est aliud quod modo ait: Assumam uos mihi in populum: præterq̃ hoc pactum: hoc consortiũ nouum quod monente deo contemplatiui homines ingrediunt: & super Tetragrãmato nuperrime fœdus percutiunt? Hoc illud est quod nuncius Tetragrãmus de nomine quærenti Manoe respondit: cur quæris nomen meum? At illud est mirificum: quo responso: cognouerat nomen: & super eo mactauit hedum quod apud ueteres signum erat confœderationis: sicut in Homero quoq; legitis. Quare sequitur: Et posuit oblationem super petram: offerens Tetragrãmo: qui facit mirabilia. Vnde ortum est qd̃ ad uxorem dixit Manoa: Morte moriemur: quia uidimus Tetragrãmum. Non timuisset angelos uidere: quorum crebra conuersatio cum maioribus nostris patrum memoria fuit: Sed quia dei uocem per Moysen intellexerat dicentis: Non me uidebit homo & uiuet: Ideo formidabat deum se uidisse donec confortaret. Patriarchæ Iacob non indicat nomen: etiam quærenti: sed hoc solum respondet: Quid quæris nome meum: & nõ additur Quod est mirabile. Huic uero quia uiderat incensæ oblatiõis miraculum: respõdetur de nomine quod est mirificum: Quo sciri poterat quoniã esset Tetragrãmaton: Qq̃ uos legitis in eo Iudicum loco: Nomen meum quod est mirabile. Sed tenet non eandem hic significationem quomodo in psalmo octauo: Domine dominus noster q̃ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: id est admiratione dignum & gloriosum: quod uocabulum Adir significat: hic uero peli: quod est miraculorũ operator. Habetis & originẽ tanti nominis & figuram & significantiam & uirtutem: quod soli deo optimo maximo cõgruit: quod inter omnia nomina per excellentiam magnũ dicitur: Veluti Iosue locutus est deo: Quid facies nomini tuo magno: quod ĩ Deuteronomio uocatur Terribile: Et i psalmis Bonũ: bonorabile: sanctũ: laudabile: æternũ: beatificũ: Et in Esaia Excellens: antiquũ: ab æterno: Et in Hieremia Inuocatum sup nos: Et in Eçechiele Egressum in gentes: Et in Daniele Benedictũ: Et in Amos Tetragrãmaton nomẽ eius: Et in Malachia Magnũ in gentibus ab ortu solis usq; ad occasum: & horribile in populis. Omittam uiri doctissimi consulto pueriles in hac tã præstanti causa & in hoc tam salubri negocio quæstiunculas grãmaticorũ: quibus se magni theologi tanto studio inuoluere hoc loco: ut etiã quod pudet audire: ad inanes contentiones deuenerint: Solũ mihi superest illa celebris & potentissima pronũciatio quæ in abysso arcanorum dicitur secretissime recõdita: Quam si habet hoc nomen: non est ineffabile: si non habet: non est nomẽ. Quid

igitur agamus? Negabimus esse nomen: cuius contra nos tantũ numerũ testiũ adduxim⁹? Negabimus ineffabile: quod ita tam græci q̃ latini appellant omes? De quo Salomon in Prouerbijs: Quis colligauit aquas quasi in uestimẽto? quis erexit omnes terminos terræ: quod est nomen eius: & quod nomen filij eius: si scias? Tanq̃ sic dicat: Eloquere nomẽ ipsum si scias: & effare quod est ineffabile: quasi arbitretur difficile nos illius pronũciationis explicationem tenere. Citabo Sidoni Hermetem tuum illum Trismegistum: id est ter maximum in dialogo Aesculapij. Nõ enim spero inquit totius maiestatis effectorem omniumq̃ rerũ patrẽ uel dominũ / uno posse q̃uis e multis composito nomie nuncupari. Deus autem patrum nostrorum: non propbanorũ: non poetarum: non phisosophorum: non ethnicorũ: sed deus Abraham: deus Isbac: deus Iacob: qui & ignotæ & innominabili suæ naturæ propriũ nomen imposuit: Idem quoq̃ impossibilis pronũciationis institutor & præceptor est. Hic docuit Moysen inenarrabile nomẽ profari: quando de ineptitudine linguæ conquerebat. Iam nota ex eo loco uobis est pronũciatio: quæ tribus cõmatibus sub una periodo comprehẽditur. Vltra nõ ausim fines egredi arcanorũ: ne adstans ad parietem indignus aliquis exaudiat. Quoniam uero nomen: ut in Cratylo ait Plato: essentiæ ipsius est imitatio: Eaq̃ contingit nobis tanq̃ pictorib⁹ aut musicis cõmixtiõe multiplici atq̃ distinctione uaria quousq̃ apprehendimus quod imitari uolumus: ut si structuram nobilem acri peruestigatione cupimus introspicere: Primum quidem eius singula resoluimus: deinde ut prius erat extructa rursus ædificamus: & deniq̃ compaginem ipsam mente conseruamus. Distinctio autem siue resolutio ea nominũ in syllabas fit: & syllabarũ in litteras: & litterarũ in ꝓprietates accidẽtiaq̃. Litteris autem rursum intricatis / complexio uerbi rem enũciat. Iccirco nostri maiores diuino studio & superno lumine freti: huius nominis gratiarũ plenissimam expositionem pari modo sunt adepti & posterioribus nobis tradere dignati: quam Sembãmapboras appellatis: quo certe secretorũ fundamento plurimos noui confisos: ut aggrederent quæ natura ipsa nõ ualuissent. Sed ne hoc ipso quoq̃ careatis: complebo paucis. Dominus quatuor litterarum in summitate innixus est scalæ surgẽtis a terra & cacumine tangentis cælos: Iacob humi recumbit: somno quiescẽs: Angeli dei ascendunt primo: descendunt posteri⁹. Ipsi Iacob affertur promissio: euigilat: affirmat dominum esse in loco: tremit atq̃ timet: sacrificat erecto altari: & uouet uotum. Scalam gradibus compleamus: Et in Cantico filiorũ Coræ dicit: Secũdm nomẽ tuũ deus sic & laus tua. Ergo Sebem bãmapboras erit laus dei: Ergo gradus scalæ diuiduntur iuxta laudes eius. Laudes autem hebraicæ uocant Thillim: quo nomine psalmorum liber inscribit. Erit igitur Sembãmapboras ex libro psalmorũ diuini nominis reuelata expositio. Quilibet autẽ uersus unum scalæ gradum notat: Eorũ quotusquisq̃ tris cõtinet sacratos characteres: Ex quibus Spiritu dei suggerente unum conflatur signaculum insigne colẽdum & obseruandũ: tribus litteris formatũ: cui esse perhibẽt inclusum dei angelũ ferentẽ secũ diuini nomis maiestatẽ. Hi aũt sũt angeli. lxxij. q ascendũt & descẽdũt. In quorũ uirtutes augustale diuinitatis nomẽ resoluit: & eisdẽ angelicis tandem syllabis restaurat. Nõ qd resolutũ desierit esse nomẽ: neq̃ restauratũ rursus esse cœperit: sed sicut sol multiplicatione radiorũ & luminis effusi. Ait enim cõtemplãtissim⁹ græcoꝝ philosophus: qd sensibilib⁹ est sol: id intelligibilibus est deus. Psalmodia septuagintaduoꝝ uersuũ: hæc est: quã latine pronũciabo iuxta ecclesiæ uestræ cõsuetudinẽ: & quælibet sancta signacula digito mõstrabo: quapropt animũ aduertite perq̃ diligẽter. Vbi uero quatuor litterarũ nomẽ: id est Tetragrãmaton ponit: ibi ego more ueterũ: ipsi⁹ Adonai interpretationẽ mutuabor.

Tu domine ſuſceptor meus es:gloria mea & exaltans caput meũ.
Et tu domine ne elongaueris auxiliũ tuũ a me:ad defenſionẽ meã conſpice.
Dicã dño ſuſceptor meus es tu:& refugiũ meũ deus meus ſperabo in eũ.
Cõuertere domine & eripe animã meã: ſaluũ me fac propter miſericordiã tuã.
Exquiſiui dñm & exaudiuit me:& ex omnib⁹ tribulatiõibus meis eripuit me.
Pſallite domino qui habitat in ſion:annũciate inter gentes ſtudia eius.
Miſerator & miſericors domin⁹:longanimis & multũ miſericors.
Venite adoremus & procidamus & benedicamus ante dñm qui fecit nos.
Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe:& miſericordiarũ tuarũ quæ a ſæculo ſunt.
Fiat miſericordia tua domine ſuper nos:quẽadmodum ſperauimus in te.
Viuit dominus & benedictus deus meus:& exaltet deus ſalutis meæ.
Vt quid domine receſſiſti longe:deſpicis in opportunitatibus in tribulatione.
Iubilate domino omnis terra:cantate & exultate & pſallite.
Et factus eſt dñs refugiũ pauperi:adiutor in opportunitatibus in tribulatiõe.
Et factus eſt mihi dñs in refugiũ:& deus meus in adiutoriũ ſpei meæ.
Dñe deus ſalutis meæ:in die clamaui & nocte coram te.
Dñe domin⁹ noſter q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ in uniuerſa terra.
Iudica me ſcd̃m iuſticiã tuã domine:deus meus:& nõ ſupgaudeãt mihi.
Expectans expectaui dominũ:& intendit mihi.
Et nomen domini inuocabo:o domine libera animã meã.
Ego autem in te ſperaui domine:dixi deus meus es tu.
Dominus cuſtodit te domin⁹ protectio tua:ſuper manũ dexterã tuã.
Dominus cuſtodiet introitũ tuũ & exitũ tuũ ex nũc & uſq; in ſæculũ.
Beneplacitũ eſt dño ſup timẽtes eũ:& in eis qui ſperãt ſup miſericordia eius.
Confitebor tibi domine in toto corde meo:narrabo oia mirabilia tua.
Clamaui in toto corde exaudi me domine iuſtificatiões tuas requirã.
Eripe me domine ab homine malo:a uiro iniquo eripe me.
Deus ne elongeris a me:deus meus in auxiliũ meũ reſpice.
Ecce deus adiuuat me:& dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Quoniã tu es patientia mea domine:dñe ſpes mea a iuuentute mea.
Introibo in potentias domini:deus memorabor iuſticiæ tuæ ſolius.
Quia rectum eſt uerbum domini:& omnia opera eius in fide.
Dominus ſcit cogitationes hominũ:quoniã uanæ ſunt.
Speret Iſrael in domino ex hoc nũc & uſq; in ſæculum.
Dilexi quoniã exaudiet dominus uocem orationis meæ.
Domine dilexi decorem domus tuæ:& locũ habitationis gloriæ tuæ.
Domine deus uirtutũ cõuerte nos:& oſtende faciẽ tuã & ſalui erimus.
Quoniã tu es domine ſpes mea:altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ.
Audiuit domin⁹ & miſertus eſt mei:domin⁹ factus eſt adiutor meus.
Vt quid domine repellis animã meã:auertis faciem tuã a me.
Domine libera animã meã a labijs iniquis & a lingua doloſa.
Dominus cuſtodiet te ab omni malo:& cuſtodiet animã tuam.
Et ego ad te domine clamaui:& mane oratio mea præueniet te.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine:& iudicia tua doce me.
Si dicebam motus eſt pes meus:miſericordia tua domine adiuuabit me.
Suauis domin⁹ uniuerſis.& miſerationes ſup omnia opera eius.
Q̃ magnificata ſunt opera tua dñe:nimis ꝓfundæ factæ ſunt cogitatiões tuæ.
Notũ fecit domin⁹ ſalutare tuũ:in cõſpectu gentiũ reuelauit iuſticiã ſuã.
Magnus domin⁹ & laudabilis nimis:& magnitudinis eius nõ eſt finis.
Miſerator & miſericors domin⁹:patiens & multũ miſericors.

Sit gloria domini in ſæculũ:lætabit̃ dominus in operibus ſuis.
Confitebor dño ſcd̃m iuſticiã eius:& pſallam nomini domini altiſſimi.
Cognoui dñe quia æquitas iudicia tua:& in ueritate tua humiliaſti me.
Domin⁹ in cælo parauit ſedem ſuã:& regnũ ſuũ omnib⁹ dominabit̃.
Tu aũt dñe i æternũ pmanes:& memoriale tuũ i generationẽ & generationẽ.
Alleuat dominus omnes qui corruũt:& erigit omnes eliſos.
Qui timẽt dñm ſperauerũt in dño:adiutor eorũ & protector eorũ eſt.
Et anima mea turbata eſt ualde:ſed tu domine uſq; quo.
Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum:laudabile nomen domini.
Iuſtus domin⁹ in omnib⁹ uijs ſuis:& ſanctus in omnib⁹ opibus ſuis.
Sit nomẽ domini benedictũ:ex hoc nũc & uſq; in ſæculũ.
Vide quoniã mandata tua dilexi domine:ſcd̃m miſericordiã tuã uiuifica me.
Seruite domino in læticia:introite in cõſpectu eius in exultatione.
Ecce oculi dñi ſup metuẽtes eũ:& in eis qui ſperant ſup miſericordia eius.
Cõuertere dñe uſq;quo:& deprecabilis eſto ſuper ſeruos eius.
Ne derelinquas me domine deus meus:ne diſceſſeris a me.
Delectare in domino:& dabit tibi petitiões cordis tui.
Cõfitemini domino quoniã bonus:quoniã in æternũ miſericordia eius.
Dñs pars hæreditatis meæ & calicis mei:tu es q; reſtitues hæreditatẽ meã mihi.
In principio creauit deus cælum & terram.
Cõfitebor dño nimis in ore meo:& in medio multorũ laudabo eum.
Cõuertere anima mea in requiem tuã:quoniã dñs benefecit tibi.

Non uos cõturbet nec in ſtuporem ducat promiſcua: ut uidet̃ uerſuũ collectio:q̃ſi abſq; ordine ac fortuita:non diuino fato:ſed hominũ uolũtate: ingenio/ ſoq; artificio conſtet. Quod enim de Homeri carminib⁹ & Plutarchus & cæte/ ri eius poeticæ ſtudioſi ſcribunt:non fuiſſe initio ut nũc ſunt in numerũ compo/ ſita:ſed ſparſim diſtracta:& tandem a grãmaticis q circa Piſiſtratũ Ariſtarchũq; degebant in ordinẽ redacta. Hoc haud abſimile de hymnis pſalmorũ noſtri fe/ runt:& etiã ueſtri ſacræ ſcripturæ doctiſſimi homines: Vt Hilarius dux & ep̃us in eius libri cõmentarijs:qui ſic ait:Non eſt aũt ignorandũ indiſcretũ apud He/ hræos eſſe numerũ pſalmorũ:& ſine ordinis annotatione fuiſſe cõſcriptos. Nõ enim illic primus aut ſecũdus aut tertius aut quinquageſimus aut centeſimus prænotant̃:ſed ſine præſcriptiõe aliqua ordinis in unũ pmixti ſunt. Eſras enim ut antiquæ traditiões ferunt: incõpoſitos eos & pro autorũ ac temporũ diuer/ ſitate diſperſos in uolumen unũ collegit. Cum igit̃ fuerit iſta traditio Sembã/ maphoras ante ſeptuagintaduos interpretes: qui & numerũ & ordinẽ pſalmis ſtatuiſſe dicunt̃:& quidẽ longe ante: profecto iudicare poteſtis haud ab re hos uerſos afflatu diuino cõceptos & numero & ordini hũano non ſeruire: ſed ma/ gis diuino proprio atq; ſuo numero innumerabiliter numerabili & infinite fini/ to: unde tandẽ pceſſerunt ſubeſſe:& rurſus in eiuſdẽ adorãdi nomis Tetragrã/ mati numeros modo ſapiẽtibus noto referri. Tũ SIDONIVS:Præclare mi/ bi uideris id q̃d es pollicit⁹ mõſtraſſe digito: Sed quẽ tu eius nomis eſſe nume/ rũ uelis in quẽ ſeptuagintaduo referant̃:nõ ſatis intelligo:niſi quaternionẽ lrãq; quo tam celebre nomẽ cõſtare dicit̃:& iccirco Tetragrãmaton appellatũ. Q̃d ego certe uetuſtiſſimos philoſophos & philoſophiæ pricipes ſemp maioris pẽ/ diſſe inuenio q̃ cætera cuiuſcũq; religiõis arcana. Maxime aũt Pythagorã ipſũ nobileſq; Pythagoreos:qui pariter id quod tu Tetragrãmũ nominas:iuxta ſuæ diſciplinæ morẽ: Tetractyn:uocãt:quã omnib⁹ dijs deorũq; uirtutib⁹ præferũt: & ꝓpetuæ naturæ fontẽ eſſe in animos noſtros manantẽ deſcribũt. Teſte carmẽ eſt q̃d aureũ Pythagore appellant:in quo iuramẽti loco Tetractys aſſumit̃;

tanq̄ summū quo fides & rerū credulitas nitatur cum definitione pfecta substantiæ suæ. Imitati sunt quiq; præstantissimi poetæ: ut reliqua eius philosophiæ: sic & hoc subtilissimū & acutissimū cōtemplandi gen⁹: qui mūdi chaos in quatuor elementa. Cælum in quatuor anni partes. Aerem in Eurū: Zephyrū: Austrū & Boream. Terrā in quatuor spacia scd'm quinq; çonas. Diuinitatē in plebeios: nobiles: superos & palatia regis. Humanitatē in carnem: spiritū: manes & umbrā distinxerūt: ut ea partim in principio legim⁹ Ouidianæ metamorphoseos: partim carmina ostendūt quæ circūferunt': Bis duo sunt hominis: manes: caro: spiritus: umbra: Quatuor ista loca bis duo suscipiūt. Terra tegit carnē: tumulū circūuolat umbra. Ortus habet manes: spiritus astra petit. Stoici uitæ nostræ splēdorem: ex quatuor uirtutibus collaudant. Mathematici primā solidam demōstrationē in quaternario reperiunt. Physici iudiciales potentias in quatuor partiunt': intellectum: rationem: opinionem: sensum. Arithmetici: unum: potestate appellant tetragonum. Vnum enim cum erumpit in actum: est numerus tetragonus. Primus differentiā numerorū uniuersam adimplens: & sub quatuor terminis denarium perfecte consummās. Vnum nanq; duo: tria: quatuor: denarij numeri substantiam parturiunt: quo facilius eas crediderim quas tu post nomen Tetragrāmaton decem Sephiroth introducere (utpote rem uulgo insuetam) ausus es. Quid? qd' ille idem numerus eisdem quatuor limitibus omnē musicæ harmoniam continet: immo totam mathematicā colligit: punctū: lineam: planiciem atq; corpus: totam physicam complectit' in qua seminaria naturæ uirtus docetur primū: secūdo pululatio naturalis: tertio adolens forma: quarto cōpositum: totam deniq; metaphysicam insinuat: essentiam: esse: uirtutem & actionem: Quæ sane triplicitas: mirificā quaternitatē explicat: ut sit principio punctus: semē: essentia. Secūdo linea: pululatio: esse. Tertio planicies: forma: uirt⁹. Quarto corpus: compositū: actio. Hi mihi duodecim esse lapides uident' quos tu ante Baruchia suis nominibus recitasti: & quos ille tuus Moyses in quaternarium ordinem redegit. Igitur in tota mundi uniuersitate illiusq; singulis partib⁹: illa diuina relucet quaternitas. In superis (ut est apud Orphicam theologiam) Musa: Dionysius: Apollo & Venus ea superna numina mentibus nostris instillant deificos attractus. Musa poesim: Dionysi⁹ mysterium: Apollo uaticinium: Venus amorē. In cælestib⁹: q̄tuor triplicitates: Sub cælo tēpora q̄tuor: Sub tempore: quatuor qualitates: Sub qualitatib⁹: quatuor elemēta. Sub elemētis: substātia: qualitas: quātitas: mot⁹. Sub ipsa deniq; substantia: corporeū: uegetabile: sensitiuū: intelligēs. Sub quātitate: punctio: longitudo: latitudo: ꝓfunditas: sicut de numero dicimus unū: duo: tria: quatuor. Sub qualitate: calidū: frigidū: siccū: humidū. Sub motu ascendens: descendens: ꝓgrediens: circulare. Diximus de rebus supcælestibus: æternis: temporalib⁹: mixtis: Videamus: animus human⁹ quo pacto se cū quaternitate sociauerit. Et ascēdit quidē anim⁹ noster ꝑ quatuor gradus: ad postremū in ipso spiritum: per sensum: imaginationem: phantasiam: intelligentiā. Tenetis ergo naturā uniuersi quaternitate cōstare: quē non eo mō effecisset omniū opifex: nisi & in seipso quædam esset Idæa quaternionis prius q̄ in operationē uergeret. Vnde summū louē Lacedæmonij q̄tuor auribus depingere mihi recte uisi sunt: qm̄ sit ipse quoq; summ⁹ quaternio: id est iuxta Pythagoricos Tetractys: cui⁹ emanatio per formā quidē in angelis: per participationem uerā in animab⁹ rōnalib⁹: ꝑ imaginariā in rōnis exptibus: per umbratilē ī corporū figuris reperit': & sempit'næ cuiusdā pluuiæ cōsueto more ab excelso ad ima defluit: uniuersa rigando. Perq̄ libēter Sidoni audio BARVCHIAS inqt quæ tu nr̄æ disciplinæ applicas. Nā ut uideo recte oīa q̄drāt ad regulā. Hic em̄ esse mihi putat' iste fluuius insignis q de illo celebri loco uoluptatis egredit'

ad irrigandum paradiſum quaterno capite. Quem Orpheus & Homerus Oce anum uocant: diuinarũ & humanarũ rerum originem: Primo ſemper exiſten/ tem: Secũdo manantem in deorum generationẽ: Tertio irrigantem terrena: Quarto ſtillantem in omnem fluidam naturam. Hic eſt ille fluuius Cobar pro/ pter quem Eçechiel manu dei tactus: uidit ſimilitudinem quatuor animalium & quatuor in quatuor. In eodem quoq; fluuio quatuor cherubim in quatuor rotis: & rotam i medio rotæ. Ipſum eſt animal quod uiderat iuxta flumẽ Cobar. Hoc ipſum eſt mare magnũ in quo iuxta uiſionem Danielis pugnabãt quatuor uen/ ti cæli: & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari. Eius numen appellari Neptunũ uoluerũt: qui dicit̃ in Orphicis hymnis: quadrupedos curr⁹ impellere. Myſteriũ igitur Tetragrãmati uetuſtiſſimis fuit ſapiẽtibus: & quidem alienige/ nis tametſi publice inuſitatũ/ tamẽ priuatim non incognitum: qui cunctas opti/ marũ rerum diſciplinas ſub ænigmate tradentes quoſdam hoc in negocio ſibi artifices faberrimos inſtituerũt/ ut cõgrue totam rerum omniũ uniuerſitatem celte ſculperent: eamq; in unam imaginẽ noſtro cõſpectui formarent: ne crebro huius ſummi nominis opus foret quod timebant uilitate cõtemni. Quam ſane imaginem ſacram uocauere: illiuſq; ſculptores hieroglyphi ea de re dicti ſunt. Erat autem hoc modo: Primo quidem oculus: Secũdo baculus: Tertio ſcutũ: Quarto ſerpens. Videte quãtũ hæc apte ad figuras etiã prophanis atq; rudib⁹ cõſpicabiles. Sed multo ſimpliciores exiſtunt numeri ijdemq; formales quos & acutius cõtemplamur q̃ figuras: & ,ppius rebus diuinis accedere putam⁹. Quo plane multo extat optatius nobis philoſophis hoc ipſum tam celebre nomen: qd̃ & figuris characterũ geometrica/ & formis numerorũ arithmetica ſacramẽ/ ta ſimul complectitur. Vtq; mathematici officio promiſcue fungar: rectiſſime profecto dixerim: Vnum: Par: Impar: Totũ: Reductio. Nihil infinito: nihil uno: nihil puncto prius eſt: & ipſum omniũ rerum principiũ eſt. Deinde uſq; ad unũ & uſq; ad punctum omnia ſunt: & ultra unũ atq; punctũ nihil eſt. Hic igitur om/ niũ rerum finis eſt. Tenetis modo primam Tetragrammati litteram: quæ & fi/ guram pũcti referat: & Iod: id eſt principiũ nominet̃: & denarium: id eſt finem numeri deſignet: & omnẽ numerũ ſimpliciſſime penetret: quoniã notam præ ſe ferat unitatis. Vnitas autem omniũ numerorũ menſura cõmunis eſt: Et ea ut ſcribũt Arithmetici: uicem obtinet puncti: quæ cum ſit principiũ interualli lon/ gitudiniſq;: ipſa nec interualli: nec longitudinis capax eſt. Sicut neq; punctum quod puncto ſuperpoſitũ: uihil fit niſi punctum: uelut ſi nihil nulli iungas. Quo accidit ut etiam unitas in ſeipſam multiplicata: nihil producat aliud præterq̃ ſe ipſam: Vt ſi dixeris: ſemel unũ: nihil niſi unũ eſt: aut rurſus ſemel unum ſemel: non latius uagatur: ſed in uno permanet. Eſt enim eadem ſemper imutabiliſq; ſubſtantia: princeps imparis ordinis: & effectrix quodãmodo formaq; imparita tis. Principiũ/ cõmunicatio & finis omniũ: ſupra numerũ: ſupra totum: diuiſionis expers: carens partib⁹. Quapropter & cõmodiſſime noſtris illis ægrotis oculis ſummũ huius mũdi autorẽ demõſtrat: & diuinitatis naturã hũanæ imbecillitati deſcribit: a qua & ex qua & per quam & in qua & ad quam omnia ſunt. Vtamur ſi uultis diuiniſſimi theologi teſtimonio Dionyſij Areopagitæ: de ente & exem plaribus ita ſcribentis. Etenim in monade omnis numerus uniformiter conſtat: habetq; omnẽ numerũ unitas in ſeipſa unice: & omnis numer⁹ cõiunctus quidẽ in monade eſt. Quãtũ uero ex monade ,pceſſerit: tantũ diſcernit̃ & multiplicat̃. Diximus de immanentia: dicamus de proceſſu: & ſicut motus puncti facti lineã: & motus lineæ facit planiciem: ita motus unitatis creat alterum & alteritas bi/ narium. Alterum enim apud Pythagoram & ſapientiæ eius hæredes inquit Bo etius: nulli alij niſi tantum binario adſcribitur. Vnde Seruio grãmatico autore:

Alter/de duobus tantū dicitur:Binarius autem quandam indicat compositio/
nem:Aceruus enim est unitatum.Compositio non sine materialis proportiōis
suspicione intelligitur.Materialis proportio absq; formali nequit existere:sicut
reuera neque materia sine materia. Formam esse quoddam diuinum recte ar/
bitratur Aristoteles.Numerus impar et quidem ternarius maxime proprius re
bus diuinis asseritur:Cui haud absimile Alphesibæus in Pharmaceutria Maro/
nis cecinit:Numero deus impare gaudet. Omne igitur quod primo extra deū
fluit:simul atq; ipsum iam deus non est:alterum ab eo & primæ multitudini par
fit. Vtq; nihilominus habeat esse:conuertitur rursus ad diuinitatem : cuius insi/
gne numerus est impar. Omnis enim processus(dixit Abucaten) per similitu/
dinem secundorū ad primum:efficitur. Angelica itaq; natura impari numero si/
gnificanda est. Numero quidem: quia est multitudo ab uno progressa. Impari
autem:quia proxima deo & eius participatione freta.Nam quasi parua dei por
tio sunt angeli : quale per oraculū Apollo fatidicus quondam Colophone quæ/
renti responderat.Hic plane non deest quod expertos se aiunt philosophi.Nā
ubi natura superior tangit inferiorem:ibi ex infimo sui gradu supremū inferio/
ris attingit. Sed mox ubi ad summū:id est unitatem uentū est:cōtra erit necesse
ut inferioris supremū ad totam conditionem aspiret unitatis : quoniā & unum
& simplicissimū gradus nō habet. Tota autem conditio unitatis est esse eandē
& semper sibi similem consentientēq; immutabilitatē:qua solus impar numer⁹:
ut dicunt Arithmetici:maxime participat. Sane cuiuscūq; medietas est unum:
hic impar est numerus.Cuius uero duo:is & paritatē recipit:& in gemina æqua
poterit disiungi. Ergo uidetis quoniā imparitas deo est cognatior: paritas autē
dissimilior: ideo angelicā siue idealem seu totam archetypi mundi naturam:nō
quidē pari sed impari numero rectius fuisse designandā. Atqui cum solus deus
multitudinē in se nō admittat: cætera uero quātumcūq; simplicia: quasi quædā
coaceruatio sint:& ex actu potentiaq; construant: Iccirco primus deitatis ritus
nō simplici aliqua imparitatis nota celebrari debuit : sed quæ simul & pari & im/
pari numero cōstaret.Pari: ut esset aliquid. Impari:ut tantū esset: quippe istud
quod effluxisset:hoc quod reflueret.Diuersum enim est esse/&sd quod est. Ex
primo itaq; binario & primo ternario:constat quinari⁹: qui productum a supre/
ma luce:primū intellectualis mūdi radium uno sacrato charactere: hoc est ipsa
He littera demonstrat: Quam & mathematici numeratiōis primū incomposi/
tum:& hebræorū grāmatici prolationis spiritū: essentiæq; hypostasim(articuli
officio)designare tradiderūt. Quod rudibus ac ineruditis oculis sapientissimus
Salomon fabre mihi pinxisse uisus est. Fecit enim super arcam duos cherubim
in quibus sederet nomē domini exercituū: ut esset quinq; cubitorū ala cherub
una:& quinq; cubitorū ala cherub altera:quasi effigies supercælestis citra deum
essentiæ atq; naturæ. Volo & tertiū huius ineffabilis & mirifici nominis characte
rem breui exponere:quem esse Vau perhibent.Hæc tametsi cōiunctio sit copu
latiua:tamen & in oratione perpetua tempus uerborū cōmutat:& in mathema
tica senarium numerū significat. Aptissime igitur notula sit cæli & terræ: id est
oim ex materia & forma cōiunctorū. Copulat enī Vau & partes oratiōis cōiun/
git:unde cōiunctio dicta est.Deinde uerbis etiam tempora transmutat:ut natu/
ra rebus. Quid est quod fuit(inquit Ecclesiastes)ipsum quod futurū est. Quid
est quod factū est:ipsum quod faciendū est. Temporis ergo mutationi subiacēt
quæcūq; corpalia tā in cælo q̄ in terra:horūq; medijs sita sunt. Sed ad Pythagori
ca mysteria & sacrorū arcana trāseam⁹. Deprompsi ex antiquoꝝ uoluminibus
quosdā scythaꝝ aliaꝝ ue gentiū faberrimos boies uniuersitatis naturā una ima
ginę sculpere solitos:& ꝓpterea hieroglyphos fuisse nūcupatos:quæ cōtineret

oculum:ſpatam:ſcutum & ſerpentē. Scd'm quos utiq; poſt oculū:id eſt punctū: & baculum ſiue ſpatam:id eſt linearē planiciē æquali ordine/ſequitē ſcutū hexagonū:id eſt corpus ſolidum quod propter longitudinē/latitudinem & altitudinem ſex angulis claditē. Eſt enim in longitudine ante & retro. In latitudine ſiniſtra & dextera. In altitudine ſurſum & deorſum. Hic nāq; ſenarius ita in natura ſolidorū conſtituitē: ut circa omne corpus inſeparabili cōiunctione ſemper uerſetur. Tria igitur cum ſint ſolidorū interualla: quorū cuiuſlibet duo ſunt motⁿ: nihil mirū ſi poſt Iod:id eſt unum:& He:id eſt duo atq; tria: nunc ſuo loco Vau ſequatē:id eſt ſex. Qui numerus priorū numerorū multiplicatiōe oritur:ſiue tu ſemel bis tria dicas/ſeu cōuerſa uice ter duo: quippe ſingulis materialibus congruentiſſimus numerus:qd' & ipſe alterna præcedentiū numerorū multiplicatione naſcatur. Rebus autem alterutrū uiciſſimq; multiplicandis: materia ipſa potiſſimū occaſio eſt. Taceo qd' ordinē hic ſuum ex anteriorū unitatibus nanciſcitē. Ex uno enim & duobus atq; tribus: ſenarius colligitē: ut iure optimo cognoſcatis poſt Iod & He ſubito ipſam Vau litterā ſequi debere. Accedit quod quēadmodum totⁿ uniuerſi corporalis natura/uel Ariſtotele autore/perfecta undiquaq; aſſeritur:non abundans ſuperfluis:nec fruſtrata neceſſarijs:Ita ſenarius numerus:totius mundi corporei ſignaculum præbens:in omni numerorū contextu ab unitate prima uſq; ad decem ſolus adeo pfectus eſt: ut cōparatiōe ſuarum partium:neq; paupertatis egeſtate inops diminutuſue ſit:neq; imoderata plenitudine ſuperfluus. Habet enim partem mediam:id eſt tria: & tertiam id eſt duo: & ſextam:id eſt unum:quæ in ſummā unam redactæ: totum ſenarij corpus proferūt. Qua quidē perfectione cæteri carent: Nam octonarij medietas eſt quatuor:& quarta duo:& octaua unum:quorū collectio minorē toto corpore ſummā reducit:id eſt ſeptem. Sic reperimus in reliquis ſummas partiū cōgeſtas uel abundare uel a ſtipite numeri deficere: Solus ſenariⁿ eiuſcemodi totalitate perfectus eſt. Quapropter haud ab re mūdum hunc totum atq; perfectum ſolus ipſe deſignat. Munienda eſt uallo ſacrarū litterarū hæc noſtra ſentētia:ne uos excogitationē uacuam aut meū inuentum ſuſpiceminī:& quod pauci animaduertūt id uobis amiciſſimis ſodalibus reuelabo. Profecto quāq; plurimæ ſolent in ſanctis ſcripturis generationes recitari: nullas tamen uſpiam generationes in toto ſacratarum litterarum uolumie inſpexeritis cui Vau character hic noſter adiectus ſit: niſi tunc ſolum quādo de generatione cæli & terræ legimⁿ: Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ: Vbi Tholdoth ſingulari diuinitatis dono per Vau in ultima ſcribitur. Quæ quidem littera reliquis omnibus in locis eidem dictioni ſubtrahitur: præter unam chriſti genealogiam in libro Ruth propе finem exorſam: Hæ ſunt generationes Phares: quæ utiq; proſapia omni alia generatione fuit perfectior. Perfectum itaq; eſſe totum uniuerſum littera hæc tertia ſacratiſſimi nominis ſenario numero commonet: quoniam die ſexto uidit deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Igitur perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorū. Reliquū erit/ut de tertio progreſſu rerum: hoc eſt quarta littera paucis ediſſeramus. Poſt ſubſiſtentias enim uere materia carentes: & ſubſtātias uere materiam poſſidentes: haud iniuria ſequūtur res quæ cum ſunt in materia formæ corporum: tum ſimul eædem a corporibus materijſq; ſunt ſeparatæ. Hoc genere accedit animⁿ rationalis: cui igneus eſt uigor: ut ait Virgilius: & cæleſtis origo: quantum non noxia corpora tardant terreniq; hebetant artus moribundaq; membra. Is quanq; ſcd'm eſſentiam ſuam excellentiorem cum angelica natura pari congreſſu ambulat: uerūtamen quātum ad ipſum eſſe inferius attinet: eo fit poſterior quod immergitē corruptibilibus & cum corpore cōmunicantibus iungitē. Hoc ipſo ductus, ppheta Regius: Minuiſti eū inquit

paulominus ab angelis: Gratissimum amici uobis ipse facturus sum: qui nūc ad uesperam audientes lassati estis. Causam enim q̃ breuissime absoluā. Platonis in libro cui est inscriptio Timæus hoc dogma extat: Deū in exordio primū creasse ignem: deinde terrā. Sed duo sola: & tam aduersa hæc absq; tertio quodā commode cohærere nō poterant. Restabat igit' mediū utrorūq;: qd' partim cum superiore: partim cōmunicaret cū inferiore. Itaq; cū sint archetypa: ut luces quædam igneæ primū creata: deinde uniuersa corporea fæces materiarū amplexatum fieri decuit aliquam substantiā quæ nec a materia penderet neq; sine materia existeret: ut quo ad operationē suarū uirium habitaret cum corpore: & quo ad potestatē suæ essentiæ habitaret cū angelis: & alterutra uirtute neutri mūdo deesset. Rectissimū igit' mediū: est animus humanus qui cū sit neutrū: cū utroq; participat. Propter hoc ait Hermes Trismegistus: O Asclepi magnū miraculū est homo animal adorandū & honorandū. Hic enim in naturam dei transit qua ipse fit deus. Hic dæmonū gen⁹ nouit: utpote qui cū ijsdem ortū se esse cognoscat. Hic humanæ naturæ partem in seipso despicit: alterius partis diuinitate cōfisus. O homis q̃ est natura temperata fœlicius. Hic dijs cognata diuinitate coniunctus/partem sui qua terrenus est despicit. Cætera omnia quib⁹ se necessariū esse cælesti dispositiōe cognoscit: nexu secū charitatis astringit sicq; suspicit cælum. Sic ergo fœliciore loco medietatis est positus: ut quæ infra se sunt diligat: ipse a superioribus diligat'. Mediam auditis inter mūdum inuisibilē & mūdum uisibilem esse animā rationalem: Arctissime nihilominus cognatam superis. Ob eas utrasq; causas alia nequiuit nisi numeri quinarij notula designari: Quæ ultima est He uocata: totius denariæ numerationis iustissima proculdubio medietas. Nam si altrinsecus circa quinariū superius quatuor & inferius sex colligauerit: decem uenient: quoq; quinq; medietas est. Rursus tria & septem: iterum duo & octo: deniq; unū & nouē: & identidē semp reperietis decem: & solū quinariū esse mediū experiemini. Si pcunctabimur accuratius: est profecto similis supernoq; essentia: haud indigne simili charactere mōstrāda: Nec aliud differētiā q̃ ordo facit. Nam quo absolutior: purior firmiorq; cōstat angelicus mūdus: eo est priori He littera & eminentiori loco nris oculis ostendendus: Posteriori autē licet eodem charactere mens humana: quoniā affixa est corpori quæ cum corpore simul esse cœpit: Quia uero cū corporis interitu non desinet: sed si suā fuerit naturā sequuta & non alienæ grauata: illecebris redit cōtinuo: & ascēdit tam in corpore manēs q̃ extra corpus uolitans ad cōsentaneā ei supercælestēq; habitationē: quā ego nominaui reductionem. De qua Zoroaster: Ascēdendū tibi est ad lumen ipsum & ad patris radios: unde missa tibi est anima plurimam induta mētē. Et Pythagoras tradidit his uerbis: Si tu relinquēdo corp⁹ in æthe rem liberū transieris: eris imortalis deus. Hæc est ultima He reductio quidē hominis ad diuinitatē: hic est finis: hic termin⁹: hæc meta: hic limes & pfectio nominis hui⁹ tam sacri: tam adorādi: tam potētis: tā admirādi: cui⁹ corā Moyse deus meminit: Ego ostendā omne bonū tibi: & uocabo nomē Tetragrāmaton corāte. Hæc ē quarta littera: & apud Danielē: species quarti filij filio dei. Dedit enim deus hominib⁹ potestatē filios dei fieri ijs q in eius nomie credunt: Cui⁹ ultima He q̃si facies quarta est aquilæ in rotis: quæ in Eçechiele gradiebant' iugit' & nō reuertebant'. Hui⁹ litteræ ui ac potestate Abrahā centenari⁹ ex Sara nonagenaria sterilisq; fœmia præter naturæ leges genuit creuitq; in gētes: Et ob id Abrahā fuit nūcupatus cū ante Abram uocaret'. Quid multis? Nostra ois fœlicitas hoc charactere numeri qnarij exprimit': quo unit' Alpha cū O: & aquæ sub cælo cū aquis quæ sup cælos sunt. Quo possumus quæ uolumus: & uolumus quæ superi ipsi: Quapropter & quintā partem Asser sortit⁹ est: quoniam beatitudo

He littera exuberantissime consumat. Assei enim fœlicitatem beatitudinē ue interpretamur. Nox ruit optimi uiri/nimis longo sermone quæ dei essentiā significare nomina uidebant tractaui. Cætera uosipsi ex Dionysio Areopagita Hieronymoq; cognoscite uel dei uirtutem uel eius operationem uel nostram erga illum affectionem significantia. Qq̄ sunt nonnulla nec ab istis neq; ab alijs græciæ latinorūq; autoribus: sed tantū a nostris exposita: ut est hoc nomē Isth: quod & uirum & deum insinuat: cum quo in libro Geneseos Iacob ipse solus esse luctatus perhibetur: Et sequit: Nequaq̄ Iacob appellabit nomen tuū sed Israel: quoniam cum deo & homine præualuisti: Vt est item uocabulum Na: quo in animi molestia turbationibusq; utimur. Sicut Moyses in numeris: Dimitte Na peccatū populi tui: quod uos interpretatū habetis: Dimitte obsecro. Et psalmo centesimo ac decimoseptimo: A na domine saluifica na. A na domine fortunatifica na: quod uos elegantius sic: O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. Nam & Iah in Halleluiah legitis: & Zabaoth in sacrificijs: & Adonai in Exodo: & El in Immanuel: & Iscbyros quod est Sadai. Et ante solem Innon nomen eius: quod uos dicitis: Permanet nomē eius. Elion quoque & q̄plurima nō ualde usitata: ut est Macom & Capbu. Sed & angelorum sane generatim uocabula permulta sunt: ut Hasmalim: Haioth: Opbanim: Tbarsisim: & reliqua. Deinde priuatim nō utiq; pauca: ut Vriel: ut Asariel: ut Zuriel: ut Abir: ut Mætatron: bisq; similia. Tenetis quid tandem audiendo nominū sacrorum mandauerim memoriæ: qd certe q̄breuissimū est & perexiguū: Qq̄ sunt id genus & non nulla quidem alia: quæ & proponerem & explicarem nihilominꝰ quātumcunq; essent uel ampliora bis uel mediocria magis: sed iandudum sol occidit: & uos auscultando defessi estis. Cæteras ego partes Capnioni delego in crastinum. Nūc eamꝰ intro hinc ad cœnam. Tū SIDONIVS: Fiat inquit. Et CAPNION: Fiat. Nam opipare præsto est.

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO LIBER SECVNDVS FINIT.

EIVSDEM IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS IN LIBRVM TERTIVM CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO PRAEFATIO.

Am tertius illucescit dies uenerāde Antistes: in quo post ueterū philoso-
i phorū græce gentis & hebræorū exposita sacra nomina: opus fit ut Cap-
nionis natione Phorcensis professione christiani: audiat perpetua tandē
declamatio: Ante cuius tamen exordium iterum Sidonius ingenti peruestigā-
dæ disciplinæ ardore æffectus: prior cæteris ita incipit:

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO LIBER TFRTIVS.

OVERE MIHI uisa sunt mi Capnion hoc noctis cubiculū totū
Sidonius ait: & ipsos concutere parietes: ea portenta uerborum
m quæ hic Baruchias hesterna illa oratione sua nobis audientibus:
non tantū iocūdissima: uerū etiam maxime admiranda perq̄ do-
cte recitauit. Credo qd ex acerrima & attentissima cogitatiōe (ut
fit) cōprehēderit animū sopori proximū: eiuscemodi uocabulorū inaudita no-
uitas: & in diuersa traxerit: ut inde parietū quosdā gestus imaginatio fabricaret.
Vel si uerū est quod iste putat & ego nō ualde repello: facile potuit illa diuinita-
tis symbola: cælestiū ingēs chorus sequi. Nullus enim deorū ausit: iuxta Home-
ri uersus: in suis sedibus permanere moto loue. Sed age Capnion: tempus nūc
est de uerbo mirifico ne tu spem nostrā frustreris. Hic Ille: Censes ne quid heri
fuisse relictum ait ab hoc cōcionatore Baruchia quod ego absumam hodie: qui
tanta uarietate nominū plenus: mirū si nō omnia effudit irritamēta stupendarū
factionū? Et Sidonius: censeo uero inquā respōdit. Nam sese admodū attestat⁹
est: nihil hactenus horū uerborū ui ac potestate supra cōmunē naturæ cursum
præualuisse: nec uel cæteros etiā suos gētiles unq̄ potuisse. Tū BARVCHI-
AS: uera quidē refert Sidonius: quare Capnion quæ nobis es pollicit⁹ uide nū
ad fidem tuā pertinere arbitraberis: ut & certū illud uerbū quo miracula fiant:
& eius simul ritum infallibilem explices: neq; nos ultra suspensos animi teneas.
Tum ille: quando inquit tantopere mihi eripitis libertatē recusandi: faciam nō
quantū fortasse optatis: sed quātum ualeo. Vbi nāq; cōstare uobis iam arbitror
aliquod fuisse maioribus nostris siue nomen seu uerbum: quo portenta miracu-
la prodigia fecisse olim habiti sint: ibi pauca utiq; restabunt quæ uobis negare
tanta inter nos amicitia me nō sinit. Si enim uerbū ipsum nominauero & utēdi
ritum tradidero: quod postulatis officiū iure meo satis expleuero. Hæc omnia
q̄uis in promptu & ad manū futura sint: tamē antepaulo altius esse res ipsa mihi
petenda uidet. Cogitate cum animis uestris & diligenter recordamini disputa
tionis nostræ primū diem: quando pro singulorū sententia id conuenerat inter
nos: quo nesciam plane si quicq̄ aliud omniū nostrū menti atq; iudicio, pfundius
sederit: firmius hæserit constiterit ue solidius: q̄ siue adsit hominib⁹ nobis quæ-
dam sempiternorū sapientia: siue scientia perpetuorū: seu cognitio momētaneo-
rum: nihilomin⁹ qd semper illis recta fides superior certiorq; sit: quippe quæ nō
inanibus nostris cōmentatiōibus: sed diuinæ reuelationi tota innitit: ab hac pe-
tendus est mūdi ortus: & omnia quæ in mūdum a deo prodeunt: Pauli Tarsen-
sis insigni testimonio: q ad Hebræos: Fide ait intelligimus aptata esse sæcula uer
bo dei: ut ex inuisibilibus uisibilia fierēt: Quod regius uates ex reuelatiōe diui-
na pate fecit mortalibus hoc carmine: Verbo domini cæli creati sunt: & spiritu

oris eius omnis & ornatus & uirtus & exercitus eorum. Est & fidelis dominus in omnibus uerbis suis: quapropter nemo audeat mutare uerbum dei. In æternum enim permanet: cui omia creata obtemperare necesse est: quia ipse dixit & facta sunt. Nam & ignis & glacies & spiritus procellarum faciunt uerbũ eius. Quod & liquefacit chrystallũ: & uiuificat hominẽ: & sanat ægrotos: & occidit transgressores: totum hoc sacræ litteræ prodiderunt. Supra naturam itaq; præficitur & tanq̃ in latissimo imperio id uerbum constituitur: quod iuxta Ioannem theologum & Euangelistam: In principio erat apud deum: omniaq; per ipsum facta sunt: & quod illo maius est: Deus erat uerbum. Nihil igitur illo potentius nobis erit maxima uí: uehementi robore: suprema potestate plenissimo: Quæ est uirtus dei opus quodlibet agere uolentis: immo uoluntas ipsa uolentis: diiudicare nequimus dum in hac fragili cute hospitamur: quantus & q̃ spaciosus isti uoluntati & isti uerbo sit uirium suarũ campus: de quo uaticinij oraculum illud extat: Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cælo & in terra: in mari & in abyssis. Habetis omniũ primum quonam potissimum uti oporteat in miraculis: quæ consuetũ naturæ morem: tritam semitam: statutos limites excedunt & ordinem uniuersi. Tunc enim non erit terminata & angusta uirtute qualis est omniũ rerum natura subsistentium: sed infinita potentia amplissimo ditionis spacio: & latissimo campo eius diuinæ uoluntatis opus: quod est uerbum dei: recte per Apocalypsim inscriptum: Rex regum & dominus dominantiũ: Qui tenet imperium omnipotentiæ tam super ea quæ sunt q̃ super ea quæ non sunt. Ineptus hic sermo peripateticis quiq; Physicam profitent baberi posset: at contemplatiuis hominib⁹ apta & uera constat esse oratio. Deus enim: inquit Apostolus: uocat ea quæ non sunt: tanq̃ ea quæ sunt. Cuius disciplinæ assecla Dionysius: Hoc audebim⁹ quoq; ratione inquit affirmare: quoniam id quod non est: pulchri & boni particeps est. Siue autem uerbi hoc appellabitis seu alio quouis uocabulo nihil refragor: Modo primus diuinitatis intra se ab immanentia intelligatur exitus: ut lucis ad lumen: & resplendentia luminis rursus ad lucem: aut mentis ad rationem / & conuerso ita ordine: Quod quidem a grecis uel uerbum rationale: uel ratio uerbalis uocatur. Logos enim & ratio dicitur & uerbum. Si quidem uniuersitatis opificem & naturæ dispositorem Zeno ille uetust⁹ autor Logon nominat: & Hermes philosophoꝝ antiquissimus ad filium scribit (Nam sermonem ex sermone interpretabor i causa tam necessaria) Est enim inquit O fili arcanum uerbum sapientiæ: sanctum sancti: solius domini omnium & præintellecti: quod effari supra hominem est. Hoc uerbo cõstare Plato uniuersa quæ in mundo fiunt in Epinomide uoluit / cum de diuinorum consortio & æqua dignitate sic disseruit: Et nos honores inquit reddamus: non alij annũ: alij mẽsem: alijs nullam sortem destinantes: nullum ue tempus in quo suum circulum percurrit ipsum complẽs mũdẽm: quem ordinauit uerbum omniũ diuinissimum: Quod fœlix quidem admirãtur primum: deinde amorem concipit eius discendi quãtum mortalis ferre potest natura. Neque uero illud ipsi iudicabitis uerbũ nostro more: ut sit aeris inter dentes fracti nuncius: qualem esse uocem mortalium describunt. Quod si utique fragilia sempiternis: terrena supercælestibus: humana diuinis comparare oporteat: saltem uerbum hominis internum: quam supremam in nobis rationem appellatis: ex mente progredientem: neq; cum mente omnino idem: neq; omnifariam ab ea diuersum illuc conferri patiendũ est. Humana etenim ratio ex mente profluens: haud ab re a suo intellectus fonte aliena cẽsebitur: sed cum mentem secum in propatulum educit: aliud quicq̃ nequit a mente uideri. Natura itaque mentalis substantiæ cum sit eadem: ex subiectis officijs existimatur diuersa. Huius instar adumbratæ imaginis / a augu/

per fragili cute hospitamur

ſtiſſimæ deitatis penetralibus arbitrari licet:ipſum paternæ mētis uerbum: ſiue rationem quia per ſe queat ſubſiſtere: Iccirco a patre alterari a quo ſimul exiſtē/tiam habet. Atqui cum uniuerſa quæ in deo uel circa deum eſſe cōtemplamur: in ſeipſo plane oſtendit: tum illudipſum cum ſubſtantia mentis paternæ idem affirmamus unumq;. Nec eſt aliud uſquam quod inter deum dicentē & deum uerbum diſtantiam indicat niſi ſola ,plationis natura. Nam paria:immo eadem in utriſq; cætera ſunt. Vterq; deus:uterq; æternus:uterq; igitur ante omne tempus. Hic ſemper protulit:hoc ſemper prolatum eſt: æquipotens proferenti uerbum:& proferēs uerbi pater. Quod Plato ipſe non deſes ſcrutator diuinorum: in Epiſtola ad Hermiam & Eraſtum & Coriſcum:religioſis litteris inſinuat:quā/do ad finem uſq; ſic ait: Hanc Epiſtolam omnes uos quippe tres exiſtētes lege/re decet:potiſſimum uero tum ſimul congregatos. Sin aliter:at ſaltem duos cō/muniter pro uiribus q̄ maxime fuerit poſſibile:deniq; uti cōfœderatione & lege propria ut æquum eſt: iuramento interpoſito non ſine eleganti ſtudio & eius ſtudij ſorore diſciplina: teſtando deum rerum omniū ducem cum præſentium tum futurarū:ac ducis & cauſæ patrem dominū:quem ſi recte philoſophemur: cognoſcemus. Nonne aperte uidetis quod in Epinomide uerbum:docuit Pla/to mundi ordinē diſpoſuiſſe: id hoc in loco deum cauſam & ducem rerum om/niū uocari & habere patrem. Eſt ergo filius uerbum:cuius pater dominus nomi natur. Veniat nūc uelim nobis in mentem eius ſermonis quem Baruchias heri circiter meridiem & docte ſimul & copioſe fecit:quo nos inſtituendo prudēter adorſus eſt de nomine ineffabili:ſolum deo ſummo proxime conuenienti:per/hibēs interpretes loco Tetragrāmati dominū poſuiſſe:quoniam in nulla lingua parem illi dictionem inuenirent? Iungite ſi uultis & eam orationem quam ego ipſe nudiuſtertius habui: In qua memini me uobis affirmare Thaletē & Pytha/goram & Platonem in hebraicis quoque diſciplinis erudiendos Syriam perlu/ſtraſſe:unde non parum ſuis litteris cōtulerint. Eius hic ueſtigium cernitis. Do/minū uocat Plato dei omniū rerum & ducis & cauſæ patrem. Deus itaq; ille om niū & dux & cauſa præſentium & futurorum:quia mūdum ordinauit: quis iam dubitabit quin uerbū ſit illud diuiniſſimū/iuxta Platonem/ quo fœlix quiſq; fu/turus ſit qui in admirationem/amorem & perceptionem eius rapiatur? Verbū igitur:filius domini eſt:quapropter & deus & dux & cauſa mundi eſt. Sicq; plu/ribus uocabulis & a multis uarie ac ab alijs aliter nominatur: Sed inter tot illius diuiniſſimi filij nomina: unum extat ad miracula electiſſimū:in quo ſummo pa/tri plus complacuit. De qua re nos ipſe per uaticinium in ſuo ſpiritu fecit certi/ores. Audite obſecro Eſaiæ ſacrum oraculum: Puer natus eſt nobis & filius da/tus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & uocauit nomen eius mirificum. Qd' ſi tot & tam uaria illius ſint nomina: quæramus oportet ac/curate quodnam ſit ex omnibus illud inſigne nomen:quod pater appellauerit mirificum. Dicitur enim a Ioanne Vnigenit⁹ filius q̄ui eſt in ſinu patris. Primū: Filius tametſi & cæteris hominibus accedat:tamen huic diuiniſſimo uerbo ma/gis proprie:mortalibus uero iniquius conuenit. Hic enim eſt idem qd' pater: & non ſolum illud:ſed etiam inde. Nam pater eſt qui eſſendi ſcd'm ſimilem ſibijpſi naturam initium præbuit: Filius autem qui natiue ab altero eſſendi originē ſum/pſit: quare additur/unigenitus/quod iſti filio eſt maxime proprium & peculia/re & ſuum:non tantū quia unus de uno ſit genitus:ſed etiā quod unice atq; uno modo & multo ſecius atq; corporea natura. Decernat' deinde quid nobis ſinus patris uelit eſſe: Et recte prius: qui eſt dicit': ut eius cū patre coæternitatem co/gnoſcamus: qui Moyſi præcepit: Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt miſit me:quaſi ab

æterno ſit in illo filius tanq̃ in ſinu. Iccirco ſubdit: Qui eſt in ſinu patris. Quo ſermone intimam filij ex patre natiuitatem declarat & perq̃ familiarem. Hunc alio nomine manũ Dauid appellat: quãdo ad patrem ita loquit: Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio ſinus tui? Ergo & manus in ſinu patris: eſt filius: & in ſinu filius: eſt manus patris: per quam fecit omia: qui ait: Ego ipſe: ego primus & ego nouiſſimus. Manus quoq; mea fundauit terram: & dextera mea menſa eſt cælos. Nec omittam uobis oſtendere certitudinem cauſæ. Qd̃ enim ex patre man⁹ iſta ſumpſerit exordiũ/de pſalmo centeſimo octauo prompta eſt ueritas. Sic enim propheta optat: Adiuua me domine deus meus: ſaluũ me fac propter miſericordiã tuam: & ſcient quia manus tua hæc: & tu domine feciſti eam. Sed qd̃ pater & manus eadem ſit unaq; ſubſtãtia & unus deus & idẽ domin⁹/ facile aſpectu erit in pſalmo quadrageſimotertio: ſi hebræorum more uerſus legat. Ait enim: Tu es manus tua: gentes diſperdidiſti: & plantaſti illos. Nam quod illic parum longe comitatur de illuminatiõe uultus: non mediocre trinitatis diuinæ arcanum eſt. Redeamus iterum ad filium: a latinis uerbum: a græcis multo ſignificantius & fortaſſe rectius/logon dictum. Eſt enim logos & ratio: & definitio: & uerbum: & ſermo. Itaq; poſt impetratã ueniam: noſtra fragilia diuinis inſeramus. Nam ut humana ratio ad mẽtem/ ſic ſubſiſtens dei ratio ad patrem ſeſe habet: non tantũ propter impaſſibilem utriuſq; generationem: uerũ etiam cohæſionem. Nec enim abſq; mente ratio erit: neq; mens ulla ſine ratione. Verbi autem officium cum ſit interiora mentis enũciare: ut in libro de interpretatione Stagirita arbitratur: ac de penetralib⁹ cogitationũ ſecreta deprimere uoluntatemq; pandere loquentis: ea propter & filius iſte uerbum patris aptiſſime cenſetur: Quoniã deum nemo uidit unq̃ inquit Ioannes: At unigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe nobis enũciauit: Magni conſilij nuncius: iccirco ſiue angelus cognominatus qui mortalibus ſupercæleſtia dei meditata reuelauerit. De diffinitione haud clam uobis extat eius illam eſſe conditionis debere quæ totam rei diffiniendæ naturam quodãmodo euiſcerare uideatur. Ratio autem quam nomen ſignificat/ iuxta metaphyſicam Ariſtotelis editionem/ eſt ipſa definitio. Ad iſtum proinde modũ: hoc diuiniſſimũ & ſubſtãtiuũ uerbum: immo ſuperſubſtãtialis ratio: dici iure queat naturæ paternæ quædam euidens demonſtratio: cuius totum adæquatũ uniuerſaleq; generatum: tacita generantis & certa deſcriptio fuerit/ per quam confeſtim notiori intuitu eum cognoſcimus: quem pauloante ignorauimus. Ergo qui uidet me inquit: uidet & patrem meum: aſpectum eiuſcemodi uocans intellectus cognitionem. Eſt enim oculus animi mens ipſa. Eiuſdem igitur uiſio erit rerum noticia: quæ maxime tum innoteſcunt: cum tota ſubſtantia breui ſermone fit aperta/ quem dialectici terminũ appellant. Si enim hoc eſt gignı: ſcilicet ex ſubſtantia generantis produci genitum ſcd̃m naturam ſimile: profecto non erit iam occultus pater: cui filius oſtenditur: qui patris imago perfecta eſt: quam paulus litteris expreſſit Coloſienſes hortatus: ut gratias agant deo & patri qui tranſtulit nos in regnũ filij dilectionis ſuæ qui eſt imago dei inuiſibilis. Atqui oro uos ſapiẽtes uiri: quo iam pacto aut quomodo inuiſibilis rei aliqua conſtabit imago: quibus circumductionibus: quibus lineamentis: qua effigie: quo colore imitabitur exemplum id aliquid quod nemo uidit unq̃: quod nemo nouit niſi filius. Sed cõſyderate quod ſequit: Nemo patrem nouit niſi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Eſt ergo imago uiuens & uolẽs ipſe filius: nõ ab Apelle coloribus aſſimilata: nõ a Pyrgotele cœlata: nõ ærea Polyclete ducta: nõ cuiuſq̃ artificij coagulo fuſa: celte ſculpta: acu picta: limo cæra ue ficta: Non ſicut Didonis optatus & imaginari⁹ ille paruulus Æneas

qui patrem tantũ ore referret: Non ſicut Seth ad imaginem Adæ genitus: nec ut cæteri noſtræ propagationis filij quos matres cupiũt eſſe maritis effigie q̃ſimillimos. Paternitas enim & primo & uerius de diuina generatione dicitur: de nobis & poſterius & umbræ cuiuſdam modo. Scribit nãq; Apoſtolus Epheſijs: Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri ihũ chriſti: ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominat. Sane in iſtis mortalib⁹ quod imitatur ſuum exemplar: aut non eſt unius cum eo ſubſtantiæ q̃uis ſit æqualis figuræ: aut ſi forte unius fuerit: non tamen in reliquis omnino erit uirtute idem: cõſilio ſimile: affectu æquipotens: motu par. Illa uero diuina effigies tam eſt proxima patri: q̃ quod eſt maxime adeo ut rectius idem q̃ imago dicenda eſſet. Vbi autẽ imago eſt identitas homouſios: ibi res ipſa cernit tota in effigie: q̃uis in ſua natura uideri tangi ue nequeat. Imaginem quoq; hanc ipſam ſummo patri conſubſtantialem: ſigillum quandoq; nominant: eadem qua ſupra interpretatione. Quod enim annulus operat in ſigilli forma lineariter cum tempore: Id hic pater in uerbo ſuo exprimit ſubſtantialiter cum æternitate: ac longe item excellẽtius. Sed de charactere quoniam etiam hoc nomine ornatur filius: alia mihi opinio erit: qualem mox uobis quia me in multiloquiũ non modo coniecit aut cõmendauit: uerũ etiam tradidit mea temeritas: uel ut ueri⁹ loquar: nimia fortaſſis de ueſtra erga me humanitate confidentia: tamen utcunq; fit exponam libenter: ſi prius hoc uos cõmonuero: tripharíam uniuerſa diuiniſſimi & mirifici uerbi nomina intelligi oportere: pro eius diuerſa conditione: cuius ſunt nomina. Eſſe nãq; uerbum & uniuerſitatis cauſam: & deum: & naturæ diſpoſitorem: deinde in principio fuiſſe apud deum: ut manus in ſinu patris: de ſuperiori ſermone quãq̃ breui: tamen aperto ut arbitror: palam uobis inotuit. Nunc etiã haud ignorare fuerit reliqui: quod in rem noſtram de miraculis conficiendis: omniũ q̃ maxime futurũ eſt: eundẽ deum dei patris uerbum de ſuijpſius ſpiritu a patre procedẽti: tandem ex incorrupta uirgine ſuperioribus annis eſſe incarnatum: qd multis ante ſæculis prophetarũ uaticinia ſic fore prædixerant. Legam⁹ Hieremiæ oraculum: Quia creauit domin⁹ Tetragrãmus nouum in terra: fœmina circũdabit uirum. Hoc eſt ſtupendum: hoc nouum: hoc admirabile qd ſexus fœmineus abſq; concubitu: ſine uiri complexibus ſed deo ſolo non faciente mõ ſed & creante nõ embryonem ſed uirum perfectum in utero geſſit & utero circũdedit. Propter quod inquit Eſaias: Dabit dominus ipſe uobis ſignum: Ecce uirgo concipiet & pariet filium: & uocabit nomen eius nobiſcum deus. Quid enim aliud prophetа uoluit eo ſermone Immanuel exprimere: præter hoc ſolũ uidelicet incarnatum uerbum: ut quia uerbum eſt: deus ſit: quia nobiſcum conuerſatur appareat incarnatum. Aliter enim nullius frugi ſignum eſſet a rege tãtopere petendum: aut quo deum temptaſſe non fruſtra crederet ueritus: ſi pro ſua tantũ diuinitatis natura deus qua cælum & terram adimplet: nobiſcum fuiſſet conuerſari pollicitus. Nullus enim locus deo uacuus eſt. Sed tria erãt in iſto præcellenti ſigno nequaq̃ abſq; ingenti hominũ admiratione penſitanda. Principio/quoniam cõciperet uirgo: Deinde/quod pareret uirgo. Poſtremũ/quod inde natus & deus eſſet ſimul & homo: quæ ſingula etiam hebræis malignantibus & inuitis ita ſignificari deprehenſa ſunt. Teſtis erit uniuerſalis maiorum noſtrorum eccleſia: qui tantæ rei præſentes fuerũt: & theanthropũ illũ: id eſt deũ hominẽ pedibus ſequuti ſunt. Quare Ioannes illius diſcipulus per Epiſtolam ita diuulgauit. Quod erat a principio: quod audiuimus: qd uidimus oculis noſtris: quod perſpeximus: & man⁹ noſtræ contrectauerũt de uerbo uitæ: & uita manifeſtata eſt: & uidiuimus & teſtamur & annũciamus uobis uitã æternã quæ erat apud patrem & apparuit nobis. Et non ſolum ea tantũ de cauſa tam ſuperemi-

nens illud datum a deo signum estimatur & tam admirabile: quia nobis apparuerit obtutu corporeo atq; adeo in corpore humano quasi non idem & angeli quondam patribus ostenderint cum quibus & humaniter conuersati & confabulati sunt: & ipse quandoq; dominus deus: Sed quoniam humanæ substantiæ totam massam aduentu suo tinxit: haud secus atq; præstantius fermentum aliquod integram cõspersionem & sata quælibet suffire dicit. Hoc illud est: quod omne miraculum excellit: quod iure maximipendimus: quod preconio indesinenti prosequimur. Deitas nanq; huius diuini homis: id est incarnati uerbi: uniita toti fermento: id est nostræ naturæ: in tantũ suffitu suo nos sublimauit: ut prouorum & auitæ condemnationis obice sublato: per eius nomen filij nos fieri diuini & inter deos referri possimus. Habetis igitur tres status uerbi. Est deus. Est filius. Est incarnatus. Pro quibus singulis religiosissimas appellationes in sacris litteris comperimus: uel negantes: uel aientes. Nulla enim re alia certius deum q̃ aut priuatiua particula: aut uocabulo negatiuo enunciamus: quãq̃ neq; id quidẽ certũ est: cum ipse quoad suam substantiã attinet: nulli sit nomini subiectus. Quicquid enim aientia symbola de deo asserunt: id totũ neq; sua essentia neq; natura est: sed qd̃ proxime circaq; ipsam esse creditur. Vnde illud Hermetis: Quoniã eius nomen nõ potest humano ore dici: quod effari supra hominem est. Necnõ illud in reuelatione nostri theologi: Et in capite eius diademata multa: habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse: & uestitus erat ueste aspersa sanguine: & uocabat̃ nomen eius uerbum dei. Quo in loco non obscure nos erudire poterit istius exulis sacratissima diuinatio de hoc dei filio: & quando nomen habeat proprium & quando non habeat. Hic enim opto ueniat in memoriã nostram Baruchiæ oratio qua primam ex deo emanationem asserebat: quod iuxta hebræorũ philosophiam Kether uocatur: id est diadema & regia maiestas. Ea enim quia summa est & amplissima: iccirco multa continet in se diademata: quæ sunt in capite: hoc est multiformi sapiẽtia eius. Primus igit̃ is tantæ maiestatis exitus a patre luminũ: quoniã est ineffabilis: peculiare uocabulum sortiri nequit. In spiritu enim Esaias exclamat: Generationẽ eius quis enarrabit? Nam si propheta non enarrabit: quis enarrabit: cum nihil de diuinis nisi prophetico spiritu: id est per reuelationem in nos superne prolapsam sentimus? Quare pauloante: Brachium (inquit) domini cui reuelatum est? Iam manifeste constat ex superioribus quidnam manũ esse siue brachium: sanctæ proferant litteræ: utpote aliud nihil in deo q̃ substantiam: cuius natura per se subsistẽs: semp cum altero & ab altero pendeat. Sicut enim semper integer: nunq̃ mancus pater: ita nunq̃ sterilis fuit: sed semper genitor: quoniam semper pater. Genitor autem absq; tempore: Igitur perpetui filij perpetuus pater. Talem nos discretionem sub obscuro cogitationis nubilo: mente concipimus. At quæ per speculum in ænigmate ac ex parte uidemus: nullo nimirum possumus cõmensurato: claro ac integro proferre uocabulo. Quare diademata gestans in capite nomẽ habet in Apocalypsi quod nemo nouit nisi ipse: quod de proprio adæquato & totam rei diffinitionem comprehendẽti nomine: merito dictum est. Hoc enim & de tota trinitate nemo nouit neq; angeli: nisi quãtum de se diuinitas ipsa prodidit gratuito pro nostri mensura: non quanta est: sed quanta capimus. Satis necernitis: diademata ferentem carere apud nos æquali nomine: At sanguinolentam uestem indutus uidetis ut incipiat ab hominibus uocari filius dei? De filio enim nihil stabile: nihil firmum: nihil cognitum ante incarnati uerbi aduentum: & eiusdem aspersum sanguine indumentũ tenuimus. Quantũ prophetis: quãtum philosophis: quãtum poetis docti eramus: totum fumo & caligine plenum iudicauim⁹. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Filius meus es tu

ego hodie genui te. Et egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Et lapidē quē reprobauerūt ædificantes factus est in caput anguli: A domino factus est iste: Aut uerius: a domino fuit iste: hoc est mirabile in oculis nostris. Immo hæ sunt tenebræ in oculis nostris: hæc ænigmata: hæc dubia oracula. Quis enim in illo mihi sæculo tunc ostendisset patrem & filium in lapide: quem sancta scriptura Aben hebraice protulit? Constat uero. ab. in ea lingua patrē significare: & ben filium: quæ tres litteræ in duas syllabas cōnexæ Aben: id est lapidem conficiūt. Hoc mysterium est: hoc secretum est: quod arbitror tunc nō sensissem: Dauus non œdippus fuissem. Similiter in uerbo Bra: quod est creauit: & quo in principio Moysi liber incipit eum nodum in hoc scirpo non quæsijssem ut eiuscemodi litteras essem rimatus: in quibus. A. patrem. B. filium. R. spiritum deprehenderem: aut simul illam ipsam Bra uocem: in principio primā esse syllabam conijcerem: quo argumento pateret uel trinitatem sanctissimam principium mundi fuisse/uel patrem in filio cælum atq; terram creasse: quale hoc modo fit. Si quis enim ex tribus. Bra. litteris ultimā primæ iunxerit: cōfestim. Ab. restabit: quod patrem esse supra monstrauimus. Deinde. B. sibijpsi congeminans: reliquū. R. addiderit: quod Bebar: id est in filio resonabit. Vocales nāq; ut nostis apud hebræos in uersu litterarū: ut tales non collocant. Postremo totam dictionē sumpserit. Is certe hoc integrum in unica syllaba latere senserit: uidelicet Pater in filio creauit. O rem mirādam: sed prophetalis spiritus uel diuini afflatus egentē. Ad hunc modum sunt infinita sacratissimis characteribus comprehensa: nō solum præteritorū complementa: sed etiam futurorum certa præsagia: modo adsit qui ea non tam interpretet q̄ prophetet. Sic enim spiritus prophetarū æui præteriti: futuris prophetis subiecti fiunt: Quare ait Apostolus: Volo autē omnes uos loqui linguis: magis autē prophetare. Nam maior est qui prophetat q̄ qui loquitur linguis. Et alij sunt uates: Plato ait in Timæo: alij uatum interpretes. Quia uero poetas quoq; idem Paulus doctor gentiū cognomento dignat prophetarū: etiam de poetis uel hoc dicamus. Quis ante uerbum incarnatum ausus esset Orphei mysteriū de Nocte Cælo & Aethere: cuius tu quoq; Sidoni nuper memineras: ad simplicissimā dei summi trinitatem applicare: ut de patre cum Orpheo diceret: Nox generatio uniuersorū. Ergo nox pater est. Malachiam audite: Nunquid non pater unus omniū nostrum? Nunquid nō deus unus creauit nos? Qui psalmis testantibus posuit tenebras latibulū suum: in circuitu suo tabernaculū eius. Nec id quidē super unius filij sui natiuitate satisdederit: nisi & in eodem noctis orphico hymno sequeretur: Nox quæ lucē emittis. Quapropter ad deum patrem propheta sic uota sua dirigit: Emitte lucem tuā & ueritatē tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerūt in montē sanctum tuum: & in tabernacula tua: id est ad te patrem cuius tabernacula ut ante apparuit sunt tenebræ & latibulum: ambo ipsi me tam filius tuus in gazophylatio locut⁹: Ego sum lux mūdi: quoniā spiritus ueritatis qui a te patre procedit: ut est apud Ioannē: deduxerunt & adduxerunt in sublime cōtemplationis genus. Sic enim montē dicimus quē Moyses ad deum ascendit. Vultis longe clarius apostolum audire docentē: Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminationē noticiæ claritatis dei in persona ihsub christi. Nam ita noueritis uerbum incorporatum posthac apostoli more appellari: cui addidit prosopon: id est personā: qd̄ esse uoluit trinæ discretionis signaculum. Pergite nūc Orphea ueterem poetā: de cælo etiam quid canat accipere: quem pariter omniū parentem uocat. Si nox genuit omnia: ut prior hymnus demonstrat: genuit & cælum: erit igitur cæli parens nox. At non sic ut cōmunis uniuersorum parens: sed sicut de se cælestem emittens lucem. Vnde olympus iccirco

cælum quasi ololampes dicitur: quia totus luceat: quem mox Pangenetora: id est omnium genitorem Orpheus appellat: qua bonitate amplissima cum nocte omnium opifice conueniet. Nam ut uniuersorum: nox esse generatio: ita & cælus ijsdem carminibus omniũ genitor prædicatur: ut uerum sit quod Dauid cecinit: Quia tenebræ non obscurabũtur a te: & nox sicut dies lucebit: sicut tenebræ eius: ita & lux eius. Consyderate modo cõsubstantialẽ noctis & lucis æquipotentiam. Sicut enim tenebræ eius: ita & lux eius. Vterq; creator omnium: uterq; deus: uterq; lumen: pater in filio/ & filius de patre ut lumen de lumine & candor lucis æthernæ. De quo Ennius noster: Aspice (inquit) hoc sublime candens quem inuocant omnes louem. Non de Stygio sed cælesti loue loquutus est: quẽadmodum & Euripides his uersibus. Vides excelsum: qui illum infinitum ætherem & terram undiquaq; complectitur humentibus ulnis: hunc crede louem: hunc arbitrare deum. Hic est ille sublimis candor: de quo nos Ennius docuit: quem ueteres Diespitrem & Lucecium nominarunt: propter diurnam lucem. Vnde a nostris sol quoque dictus est: ut Malachias ait: Orietur uobis timentibus nomen meum sol iusticiæ. Quem in Patmo Ioannes per reuelationem uidit: Et erat facies eius sicut sol: lucet in uirtute sua: & dixit: Ego sum prim⁹ & nouissimus. De cælo igitur nostro: quem in Orphico mysterio filium opinabimur: simile canitur in eius hymni uersu altero: Natiuitate senex: principium omniũ: omniũq; finis. Quinimo & de loue pariter sic dicit: Primus genitus est Iupiter: & nouissimus: & princeps fulminum. Huius autem uosipsi causam nostis: quoniam quidem deus filius est: & cum sit deus: nihilominus homo natus est. De quo ad Corinthienses scribitur: Primus homo de terra terrenus: Secũdus homo de cælo cælestis. Facilis est de æthere coniectura: quem Orpheus Pyripnon: id est igneum spiraculum nominat. Cuius hymni uersum primum ita interpretor. Supplicat enim ætheri hoc modo exclamans: O louis augustalem habens potestatem semper insuperabilem. Nonne iam cernitis æquipotentiam? Cernitis louialem unionem: id est cum cælo consortium. Nam iuxta Termaximũ Hermetem: Iupiter est cæli Vsia: id est essentia: per cælum Iupiter omnibus præbet uitam. Quare illum Zina græci iusto uocabulo nuncupant. Zin enim uiuere dicimus. In ipso (inquit theologus noster) uita erat. Vel Dia quoque: sicut apud Platonem in Cratylo: quod significat præpositionem per. Omnia nanq; Dia: id est per ipsum facta sunt. Is complectitur suis humentibus ulnis & spiritum & corporeã naturam: id est ætherem & terram Euripidis sententia quam ante audistis. Cum enim sit aqua uitæ unigenit⁹ dei filius: uelut sacra tradunt eloquia: descendens sicut pluuia in uellus: & sicut stillicidia stillantia super terram: clarum est illum complecti suis humentibus ulnis: suo splenti fluuio: suo illo effluxu: ex paterna manante substantia ætherem: id est illum cuncta intus alentem spiritum & igneum uigorem: ut ait Virgilius: & cælestem originem: non ab eo cælo quod corporeis cernimus oculis: sed ab inuisibili: hoc est diuino filio: & ex seipso cælo cælorum procedentem. Ob hũc itaq; complexum hebræi cælum Schamaim nominant: quasi Eschumaim: id est ignem & aquam. Aether nanq; dicitur quasi ætbaer: ex ætho: id est ardeo: & aer: id est spiritus: nomen iuxta græcorum grãmaticam: ardentem spiritum significãs. Ex nocte igitur scd'm Orphea cælus nascit': Ex cælo procedit æther. Et fuit uespere & mane dies unus. Res miraculo simillima: uixq; credibilis: uel po/

tius incredibilis:nisi dei uerbum esset incarnatum:quod nos in tantis mysterijs instituisset. Vnum fuit quod simul erat & uesper & mane & dies: triduo anteq̃ sol & luna & stellæ nascerentur. Vna lux erat in mane & uesper & diē discreta: quæ idem cum eodem dispositore fuit: Qui dixit: Fiat lux. Consyderate uerbat librate mysteria. Verba hæc sunt: In principio creauit deus cælum & terram. Ecce breuissimum totius creatiōis summarium. Sed quid fuit quod factum est: & quid fuit in principio antequã quicq̃ factum est: & quo erat modo id quod fuit in principio: & quis aut qua cōditione is iam fuit qui genuit principiū. Inde sequitur: Quia terra erat uasta deformitas. Denique cælum quasi uestimentum quod terram ambibat atq; celabat: & tamq̃ proximus amictus palliabat. Vocaturq; abyssus: ut psalmo centesimo tertio: Qui fundasti terram super stabilitatem suã: non inclinabitur in sæculũ sæculi. Abyssus sicut uestimentum amictus eius. Supra cælum erat tenebra: post tenebram aqua: super aquam spiritus domini. Fecit itaq; deus dicendo coruscare uerbum: & fuit lux: Et diuisit lucem a tenebra: appellauitq; lucem diem: & tenebram noctem: & fuit uesper & fuit mane dies unus. Enimuero tenebra & uesper Orphicam noctem præ se ferunt. Lux & dies: cælum. Mane uero ætherem. Antiquissimi nanq; latinorum manum idem quod clarum dicebant: quomodo græci æthrion. Inde mane deriuatum est. Progreditur quidem ex nocte dies: & mane ab utroq; pendet: sed non modo ante cæli & terræ creationem: uerumetiam ante omnem æternitatem. Hæc nobis iccirco exciderunt ore nimis forsan temere: attamen disputationis nostræ gratia: ut uidere uideor satis opportune: quatenus ne ullum fuisse tempus patrum memoria putetis: quo hæc & plura id genus maiores nostri tam accurate: tam proprie ac cum tanta opinionum firmitate potuissent ante filium incarnatum extricare. Post uero q̃ illud uerbum dei aduenit in hanc nostram carnem: ut homines illuminaret: tum aperti sunt mentis nostræ oculi: ut multa diuinit⁹ ante promulgata: nũc ferme clarius suis autoribus cognoscam⁹: præsertim quæcunq; ad diuinitatem uerbi attinent. Sed rursus ad eius nomina transeamus: ex quibus legere unum oporteat mirificum: in quo solo mortales nos in natura constituti supra naturam: supraq; fatum dominemur: & monstra/portenta/miracula: diuinitatis insignia cōficere possimus. Atq; ut intelligatis uarie illi uerbo tributa esse nomina: cōmemorandum fore censui quæ sunt ei cum patre & spiritu cōmunia. Deinde quæ putantur suæ diuinæ subsistentiæ propria. Tertio quæ carnis. Postremo quæ incarnati. Principio hic tu mecum Sidoni quantam hesterna sua oratione cōmoditatem Barucbias attulit/nō poteris non admirari. Vnum hoc scio: mihi quidem gratulaberis qui me tanta nominum enumeratione leuatum cernes. Omnia nanq; diuinam & ineffabilitatem: & essentiam: & abstractionem: & relationem præter discreta: & uirtutem: & operationem: & similitudinem: & quicquid supremam naturam sequitur aut cohæret: significantia: de filio quoque dei cuius nomen est mirificum: & simul de tota trinitate prædicantur: quæ hoc modo inuicem duximus segreganda: ut alia eorum quæ non quid natura diuinitatis existat (Hoc enim secũdum humanam institutionem foret impossibile) sed quid circa ipsam sit: indicare uidentur: ea quidem ad essentiam quam tu mi Barucbia quantum mea ualebit sententia copiose abundeque absoluisti: Alia uero ad uariam dispensa/

tionis procurationem referam⁹: Nouissima hæc radix in duos exurgit ramos: in rerum absq; corpore gerendarum dispositionem: & in carnis sumptæ: id est hominis affectum. Priora cõmuniter: posteriora proprie uerbo tribuunt. Nam uniuersa quæ ante unitum illi corpus uocabula congruũt: supersubstantiali & uni trinitati sunt cõmunia. Igitur quæ sunt essentiæ relinquentes tanq̃ de eis besterna disputatione satis edocti: Nunc recitare summatim illa temptemus quæ dignitatem & potestatem creduntur imitari. Etenim qui est: & ego ipse: & ignis cõsumẽs: & Tetragrãmaton quod ineffabilitatẽ significat: per te satis. Barucbia mihi exposita uident: & peritiori studio⁹ tuo⁹ acrimonia: q̃ qua ego sim prædi tus: quæ tu substãtiæ putasti. Negare uero nõ possumus quin imperatoriã maiestatẽ Dominus significet: & Rex: & Deus: si Damasceno Ioanni obsequimur. Gregorius certe ille Naçiançenus inter ea collocat: quæ ad aliquid referuntur. Legimus enim: Dominus dominantiũ: & rex regum: & sanctussanctoru: & deus deorum: Solum On: id est qui est: potissimũ per se esse dei nomen arbitratur. Et quãq̃ deus a theos immutatũ uocabulum grãmatici tradunt: quod ab Aethin iuxta Platonem: id est ardere delapsum creditur: quoniam deus ignis consumens est: unde queat substantiæ nota uideri: tamen non est eiuscemodi quod esse aliquid scd'm seipsum explanet sine alterius comparatione. Dixit enim dominus ad Moysen: Sic dices filijs Israel: Domin⁹ deus patrum nostrorum: deus Abraham: deus Isbac: deus Iacob misit me ad uos: hoc est mihi nomen in æternum. Expectabit ergo uox ea quosdam alios quorum sit deus: ut domin⁹ subditorũ est dominus: & rex inferioribus præfectus est. Ita solus: altissimus: & excelsus. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes: & sublimis: habitans æternitatẽ. Causa & princeps & dux: & primus & nouissimus: & Alpha & o: & principiũ & finis: & caput: & oculus hominis: singula hæc ad aliqd intelligunt relata. Virtute uero sua deus est admirabilis: omnipotens: magnus: terribilis: uiuens: uidens: æternus: antiquus dierũ: permanens: fortis: uita sempiterna: & dominus uirtutum. Energiam item Deus præ se ferre quibusdam iudicatur: qui theos a thein: id est a percurrendo: mouendo: penetrando deriuare solent. Quapropter in Exodo loquit dominus: Noli adorare deum alienum: domin⁹ çelotes nomen eius: deus est æmulator. Sed & ex alijs operibus quæ Dionysius causata: Naçiançenus quæ assunt: appellat: ipse quoq; deus cognomẽta possidet. Ex magnitudine profecto & pulchritudine factorum contingit rationabiliter opificem estimari. Non enim summus creator ex sua substantia quæ formam non habet: sed ex his quæ assunt & ipsis rebus effectis facile nobis manifestus fit. Hoc pacto dicitur: Faciens mirabilia: uir pugnator: conterẽs bella: protector: uiuificus: pater omniũ: creator: redemptor: saluator: & id genus reliqua. Similitudo sequitur quæ late patet: & quædam ex pluribus collationibus peruenit: ut ex uniuersis bonis uictualibus: corporalibus: rationalibus: legalibus: mentalibus: angelicis: in unum autorem coniectis appellet pelagus bonitatis: & ex omnibus uiuendi cõditionibus in unam originem coactis dicatur fons uitæ: & ex omnibus candoribus: splendoribus: luminibus: uniuersaq; luce in unam claritatem intrusa nominet sol. Scripsit enim diuinus philosophus: quod sensibilibus sol est: id intellectualibus esse deum. Alterum similitudinis genus collatiõe unius ad unũ & paris ad par sumitur: quẽadmodum si ad claritatem solis: diuinissimam trinitatẽ cõparare uelim: iam quoduis illius lumẽ ad quãlibet huius subsistentiã confero. Sic enim hypostasim ut apertius posthac audietis appellare cõsueui: maxime in diuinis: non ut Boetius substantiã: sed ut mihi uisum fuit ad rem cõmodi⁹ subsistẽtiã: ne coincidã in Vsiã: quã iuterpretes pene singuli parato more substãtiã trãsferũt. Non enim faber uerborũ: sed imitator morũ fore statui: n[illegible] c picu[illegible]lo

grandi negocium ſuberit: dum res ipſa conſuetudine palam fit. Audiſtis ſane deum a philoſophis ſolem dici. Sicut autem ſolis eſt globus: radius & lumen: & omnia unus ſol. Ita dei eſt pater filius & ſpiritus: & omnia unus deus. Idem de animo liceat iudicare. Nam deus eſt animus nobis ut carmina dicunt. Eſt & hominis animus: qui conſtat mente: ratione & ſenſu. Mens illuminat rationem: & ratio fluit in ſenſum: omnia unus animus. Centrum naturæ: uniuerſorũ medium: mundi ſeries: uultus omniũ: moduſq; & copula mundi: quo facilius tametſi ſub obſcura imagine/ tamẽ quomodocunq; ad deum comparabitur. Naturam præterea concomitantẽ diuinam plurima/ quibus diuinitas nomen ſortita eſt: ut unitas: & ueritas: & bonitas. Dicitur etiam deus ſolus: ſemper: & ubiq;. Intelligens infinita: Intelligens ſeipſum primo & ſingula: per eſſe ſuum agens cuncta. Nominatur amor & charitas: immortalis prouidentia. Prædicatur ſapientia: pulchritudo: iuſticia: pax & perfectio. Poſtremum ingenti numero ſunt quæ deum priuatiue aut neganter multo uerius enunciant: non ob defectum rei: ſed propter ſuperexcellentiã. Excedit enim omnem ſermonem deus. Tota hæc enumeratio huc tendit: ut cogitetis omnia iſta cognomenta non tantũ dei patris & ſpiritus: uerũ etiam uerbi quoque eſſe: quod eſt dei filius amantiſſimus optimus maximus: deus ſempiternus: ineffabilis: incomprehenſibilis: Immobilis æternitas: qui eſt unus omnia: & omniũ quæ ſunt primordium. Ipſe enim eſt creator omnium: & per ipſum creauit pater omnia: & idem ipſe: & ignis conſumens: & Tetragrãmatus: lux: dies: olympus. Rex regum & dominus dominãtium. Deus deorum: ſanctuſſanctorũ. Deus Abraham: Deus Iſhac: Deus Iacob. Solus altiſſimus: excelſus: ſublimis: habitans æternitatem: princeps: dux: primus & nouiſſimus: Alpha & o: principium: medium & finis. Caput & oculus hominis: perfectio: pax: iuſticia: pulchritudo: ſapiẽtia: immortalis prouidentia: charitas & amor. Intelligẽs infinita: Intelligens ſeipſum primo & ſingula: per eſſe ſuũ agens cuncta: ſemper & ubiq;. Vnitas & ueritas & bonitas: animus: ratio: ſol: radius: fons uitæ: pelagus bonitatis: cauſa: pater omniũ: creator: protector: ſaluator: redemptor: uir pugnator: faciens mirabilia: conterens bella. Viuificus: dominus çelotes: & deus æmulator: deus omnipotens: admirabilis: magnus: terribilis. Viuens & uidens me. Antiquus dierum: permanens: fortis. Dominus uirtutum: & uita ſempiterna. Illis & ſimilibus preconijs: uerbum cum reliquis perſonis cõmuniter: At hoc ipſo proprie celebratur qd̃ eſt filius: ſine principio genitus: quoniam patrem habere: ſed non principiũ: & de ſemper patre ſemper & impaſſibiliter gigni dicitur: unus de uno & unice: quem totus totum oſtendit: & eius naturam adæquate demonſtrat. Quæcunq; huc aſpirant uocabula: quæcunq; talem diſcretionem inſinuant: eiuſcemodi erũt: quæ uerbum diuiniſſimũ quod præſenti ſermone ut ſummis laudibus dignum inueſtigamus peculiari ornamento explicabunt: quẽadmodum unigenitus in ſinu patris: de quo ante locuti ſumus: & character hypoſtaſeos eius de quo loqui promiſimus. Pro eo plane in Paulo ſic hodie legitur: Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius: ea forſitan conſuetudine: qua hypoſtaſis a ſubſtando ſubſtantia: & nõ a ſubſiſtendo ſubſiſtentia per quoſdam traducit̃: etiã doctos homies: quod ita interpretandum eſſe in libro de duabus naturis: qui fertur Boetij: inſtituimur. Q̃q̃ is demũ Ariſtotelis uolumina in latinũ uertens: Vſiam ſimilit̃ nomiat ſubſtantiã: ſuaq; ipſemet præcepta tranſgreditur: quæ quidem mobilitas haud exiguã plurimorũ oculis obfundit nebulam: ut uarietatem fere nulli hanc/ theologiæ latinæ ſtudioſi æquo animo ferre ualeant. Eſtq; tedio plenum: uel potius odio: diuerſas cõditiões uniuoca explanatiõe interpretari: præſertim in re nõ oratorio

fuco & ſermonũ floſculis ornanda : ſed robore ueritatis & firmitudine diſcipli-
næ. Vos quid ſit negocij obſecro attẽte ac impigre audiatis. Decreuit reipubli-
cæ chriſtianæ ſenatus populuſq; fidelis ita ſentiendum : ita profitendum fore:
qd unus ſolus ſit uerus deus æternus: immenſus: incõmutabilis: incomprehen-
ſibilis: omnipotens & ineffabilis pater & filius & ſpirituſſanctus: Tres quidem
perſonæ ſed una eſſentia: ſubſtantia: natura: ſimplex omnino. Hæc ipſa ſenatuſ
conſulti uerba ſunt. Hoc eſt ius: hoc edictum. Hæc iuſtæ religionis uera lex qua
docemur unum idemq; penitus eſſe ſubſtantiam / eſſentiam & naturam. Hypo
ſtaſis uero in ſũma diuinitate nõ mediocriter diuerſa eſt. Vnius em & ſoli⁹ eſſen
tiæ: naturæ: ſubſtantiæ. Tres ſunt hypoſtaſes: quas latine uel ille idem Boetius:
perſonas tranſtulit. Et in una ſimul hypoſtaſi duæ conſtãt ſubſtantiæ. Non igit
uel idem dictu uel eodem modo erit hypoſtaſis & ſubſtantia : ſicut neq; perſo-
na & ſubſtantia. Fides autem catholica hæc eſt: ut unum deum in trinitate: & tri-
nitatem in unitate ueneremur. Neque confundentes perſonas: neque ſubſtan-
tiam ſeparantes. In quo cognoſcimus aliter ſignificare ſubſtantiam: aliter hypo-
ſtaſim. Pater enim ab æterno filium generando : ſuam ſubſtantiam ei dedit: ac
nihilominus retinuit: & filius naſcendo ſubſtantiam patris accepit: ſed neq; hy-
poſtaſim ſuam: neq; perſonam propriam uel ille in hũc tranſtulit: uel hic ab illo
aſſumpſit. Sunt enim ambo & duarum hypoſtaſium & duarum perſonarum: at
uero unius ac eiuſdem ſubſtantiæ. Quapropter facile crediderim Hieronymũ
iſto ip loco pro hypoſtaſi / non ſubſtantiã ſed magis ſubſiſtẽtiam traduxiſſe: po-
tiſſimum in cauſa tanti ponderis: ubi non minima latere differentia inter hypo-
ſtaſim deprehendit & uſiam: Quam in Lucæ primo uolumine ac eius libri capi
te quintodecimo: pariter & recte ſubſtãtiam uertiſſe reperitur. Eſt enim noſtro
more Vſia ſubſtantia: at hypoſtaſis ſubſiſtentia nominanda: ut cum dicat Apo-
ſtolus: Character hypoſtaſeos: nos intelligamus figuram ſubſiſtentiæ. Quomõ
nanq; uerbum : character : ſignaculum uel figura ſit paternæ ſubſtantiæ quod
non ſimiliter ſed uere illaipſa eſt tota patris ſubſtantia : præterq; id nihil aliud:
Igitur ſi character ab eo alter eſt cuius enũciat formam: Chryſoſtomo teſtante:
neceſſe fuit characterem paternæ hypoſtaſeos: hoc eſt ſubſiſtentiæ dici filium:
Non autem Vſias: id eſt ſubſtantiæ ſignaculum. Pater enim generando ſigna-
uit perſonam filij: ſicut annuli ſignatorij figura exprimit formã ſigilli: Velut ipſe
de ſeipſo docuit: Operamini ait non eſcam quæ perit: ſed quæ permanet in uitã
æternam: quam filius hominis dabit uobis. Hunc enim pater ſignauit deus. No-
minatur præterea ſplendor claritatis ſeu gloriæ: quia lumen de lumine quaſi cõ
munionem indicans unius eſſentiæ: quo nobis uerius duæ innoteſcant ſubſiſtẽ-
tiæ. Imago autem ſiue Icon: q̃uis tota patris ſit oſtenſio: ut non multo ante mo-
mento patefecimus: minime tamen ſcdm rem accipienda eſt ſed cum re: quip-
pe non artificialis: ſed naturalis: nata ſine tempore: cauſa æternitatis. Sequitur:
Dei uirtus & dei ſapiẽtia: Quo illum ſermone ſol noſter Paulus ad Corinthios
ſcribens cognominat. Nos inquit prædicamus ipſis uocatis iudæis atq; græcis
chriſtũ dei uirtutem & dei ſapientiam. Omnẽ enim in ſe uirtutem ſupreme ha-
bet & præbabet: ut omnis uirtutis autor: & omnia per uirtutem firmiſſimã non
limitatam producẽs. Quã cum mentis ſuæ oculis eſſet cõtemplatus: prophetа:
exclamauit: Exaltare domine in uirtute tua. Quid dicemus de ſapientia eius: cu
ius ſtultum: ſapientius eſt hominibus? Eſt enim plenus omnis ſapientiæ & intel-
lectus: & ſapientiæ eius non eſt numerus. Sed & ſuper omnẽ rationem: & men-
tem: & ſapientiam ſupereminenter locatus: omnis ſapientiæ largitor: & omnis
intelligentiæ cauſa: & ex capite dei ꝓgreſſa eſt. In eo nãq; omnes theſauri ſapi-

entiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi. Porro quoniã ſeipſe uiam / ueritatem & uitam nominat dei filius: decebit utiq; religioſo nos cultu ea uocabula uenerari quæ ſint omnipotentis opificis proxima ſigna: in ſummã animi noſtri beatitudinem nos ſollicitãtia. Beati (ait propheta) immaculati in uia. Nanciſcunt enim dei uiſionẽ in corde mũdo: quæ eſt ſola hominũ beatitudo: ſola fœlicitas: quæ per hanc unã uiam nobis conceditur. Audiamus ab ore ipſius: Nemo inquit uenit ad patrẽ niſi per me. Via igitur qua itur ad patrem: filius eſt: & propterea uita eſt: quoniã hæc ianua: hoc iter: hoc oſtium: noſtra de patre ſcientia & cognitio eſt. Veritas ergo eſt: Aliter enim error eſſet: non ſcientia: non cognitio. Adhuc etiam ueritas eſt: quia unus eſt. Falſum enim plura non unum eſt. Sed nouiſſima duo fortaſſe toti ſunt trinitati cõmunia. Filio autẽ uia ſuum uidetur & proprium uocabulum. Tales quidem in ſacris litteris plurimæ continentur formæ nomiandi: ſpecie diſpares: genere laudabiles: quæ in hanc metam uniuerſæ conſonant: quod dei uerbum: id eſt filius ex ſubſtãtia patris abſq; principio ſolus genitus eſt unigenitus. Character & figura paternæ ſubſiſtẽtiæ: ſplendor gloriæ: filialis hypoſtaſis & perſona uerbi: ſigillum patris: lumẽ de lumine: Imago uel Icon: dei uirtus & dei ſapientia: uia & ianua & oſtiũ. Nunc reſtat quæ humanã ſequunt naturam oratione perq; breui cõmemorare. Verbum itaq; hoc tametſi eſt dei filius ſempiternus: ex ſubſtantia patris ante ſæcula genitus: tamẽ eſt nihilominus ex uirginis ſubſtantia in tempore natus: perfectus deus & perfectus homo: ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Homo igitur cum ſit: nihil humani ab illo putetis abeſſe niſi peccatũ: quippe pro omnibus omnia factus quæcunq; & nos exceptõ peccato: quare hominis mores & cognomenta non abhorret: non dedignat: non recuſat. Filius hominis: paſtor: pontifex: obediens: ſeruus: mandatarius: miſſus: nihil a ſeipſo loquẽs: neminem iudicans: non dans ſedere neq; a dextris neq; a ſiniſtris: ſuam uoluntatẽ non faciens: ignorans conſũmationis diem: ſubijcienti omnia ſubiectus: pnoctans in oratione: orans in monte: rogans patrem: interrogãs quo Laçarum poſuiſſent: proficiens ſapientia / ætate & gratia apud deum & homines: dormiens in nauicula: eſuriens poſt ieiunia: fatigatus ex itinere: flens: anxius: confortatus ab angelo: ſitiens: baiulans crucem: crucifixus: mortuus. Iam ad carnem tranſeo: qd & uermis fuerit & non homo: quod ſerpens in deſerto: qd granũ cadens in terram: qd uitis: qd ouis: qd agnus: qd ſacrificium: qd ſindone inuolutus: qd ſepultus. Vos igitur quibus eſt ea ſollicitudo: ea cura & qui miraculorũ conficiendorũ auidi eſtis: eligite ex hoc cõuentu: de hoc exercitu: ex hac ferme nominũ ſacrorum legione: quo ſit potiſſimum in eiuſcemodi operationibus utendum. Tum SIDONIVS. Ego inquit ſacerdotium hoc munus uolens libenſq; ſubterfugio ac in unum te tranſfero: qui hodiernæ diſputatiõi ordine præſides: aut ſi optabit Baruchias iſte: concedendũ fuerit pulpito. Ego enim alijs ab ineunte ætate & a teneris unguiculis initiatus ſum ſacris: maieſtatẽ nullam: neminem deum: nullũq; præſtabilem noui: niſi quæ uidemus clariſſima mundi lumina: Solem diei opificem: & lunam noctis decus: ſeu forte alia lucibula: quæ uos ſydera & ſtellas nũcupatis. Et poſt ſiquãdo penitiſſime religioſus eſſe uolui: occurrerũt inuiſibiliũ numinũ ea nomia quæ duobus uerſibus eſt Ennius rite cõplexus: Iuno: Veſta: Minerua: Ceres: Diana: Venus: Mars: Mercurius: Iouis: Neptunus: Vulcanus: Apollo. Vel quæ antiqſſimus Orpheus ad Muſæum ſcribens ampliuſ iſtis enumerat: Tellus: Proſerpina: Liber: Spumigena: Hebe: Hercules: Nymphæ: Pan: Memoria: Muſæ: Gratiæ: Horæ: Annus: Latona: Dione: Curetes: Corybãtes: Caſtor: Pollux: Themis: Nox: Dies: Fides Iuſticia: Rhea: Saturnus: Tethys: Oceanus: Aeternitas: Tẽpus: Styx: Pronoea.

Dæmones cæleſtes: aerij: aquatiles:terreſtres: ſubterranei: ignicolæ:Semele: Bacchus:Ino:Leucothea:Palæmon:Victoria:Adraſtia:Aeſculapij: Pallas:Veti:Tonitrua:Mēſis:Adonis:Eumenides :Hecate: aliaq; quorū idem grauis autor in hymnis meminit. Interlegendum autem aliquando dum cætera non urgebant prolapſus obiter in externa ſum : & explorator in aliena caſtra irrepſi. Sic Euangelia chriſtianorūq; libros legi. Et ego quoq; BARVCHIAS ait. Nam tuos illos dæmones Sidoni/ quamq̄ cum horrore ac tremore: tamē & legi nōnunq̄ & ſemper non tam legendos q̄ negligēdos cenſui: eo quod a patria diſtabant inſtitutione:& rationi non congruebat quod ab alio factum eſt:id deū nominari : quo facilius accepi uerbum dei deum eſſe: quoniam idem cum deo & abſq; principio ſimul cum patre:& ſimul ex patre natum eſt ante omnē æternitatem:& ante omnia ſæcula. Nam quod ex uirgine natum eſt:non tam eſſentiæ q̄ diſpenſationis fuit. Ita enim uoluit:ſic ergo fuit. Aliam potuiſſet aſſumere naturam ſi uoluiſſet. Omnia nanq; quæcunq; uoluit dominus fecit in cælo & in terra. Cum uero inter tot mihi nomina eligendi optionē datis:quodnam in miraculorum operationibus uideatur fore omnibus efficacius: ante quidem profeſſus ipſe me ſum de ijs nihil admodum ſcire:quoniam poteſtas ſacrorum nominū ad hanc uſq; ætatem maiores meos comitari noluit: Quomodo patrum memoria:in nomine Tetragrāmato ingentia ſupra naturā ſupraq; fatum opera facta leguntur : niſi reperti ſint ut alias in orbe terrarum:ſic & apud hebræos ſacrilegi: uenefici ſuperſticioſiq; exorciſtæ:quorum & in omni gente maligni ſpiritus obſtruunt mentes. Quare oramus te Capnion: perge ut ex omnibus ſacratiſſimis nominibus non ignoremus quid potentius ad miracula: quid promptius:quid maxime paratum ſit. Ita enim & Sidonius mecum deſyderat. Equidem deſydero nihil aliud inquit ille:& ut pergas oro iterum atq; iterum. Hic CAPNION:manifeſtum eſt inquit nullam aut uocis noſtræ uerba: aut lineamentorū ſignacula uim:potentiam:imperium:non tantū in eos qui fiunt ſupra naturam effectus: uerum neq; in eos quorum natura mater eſt aliquatenus habere niſi iuncta nobilioris operationis uirtute. Nam Ariſtoteles in libro quem de Anima edidit:ſatis ſuperq; peripateticis probatū reliquit/ neq; ſonum neq; odorem:niſi per quiddam accidēs:aliter nullum in corpus ſortiri dominiū:nullum in ſubſtantijs operari effectum. Ex primis enim non tertijs qualitatibus cōſtamus. Virtus igitur nobilior:qua rebus uerba præter/immo ſupra naturā perpetuumq; mundi curſum uim afferunt: non interim naturalis aliqua ſed ſupra quoq; naturam eſt: eo qd eiuſcemodi quælibet quæ natura duce agit:uel ſimile uel inferius : non autem ſupra ſuam ſpeciem operatur. Itaq; cum inter nos ſine controuerſia heſterno die conuenit : ſolam dei omnipotentiam : miraculorum eſſe creatricem. Benedictus enim dominus deus Iſrael:ut rex prophetauit:qui facit mirabilia magna ſolus: Haud ab re ſentiemus: Mirifico cuiq; uerbo deum ipſum omnipotentiæ ſuæ medium ſingularem indidiſſe:quæ ſit uirtus operatiua mirabilis effectus in nos uſq; angelorū miniſterio perlata:ſicut & de figuris quibuſdam aut confectionibus arcanis atteſtante ſacro eloquio habemus compertum. Fac ſerpentem æneum & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eū uiuet. Item Si te ſpiritus çelotypiæ concitauerit præcedente oblatione aſſumet ſacerdos aquā ſanctā i uaſe fictili: & pauxillū terræ de pauimēto tabernaculi mittet in eā. Cūq; ſteterit mulier in cōſpectu dñi:diſcooperiet caput eius: & ponet ſup manus illius ſacrificiū recordatiōis & oblationē çelotypiæ. Ipſe aūt tenebit aq̄s amariſſimas: in quibus cū execratione maledicta congeſſit: Adiurabitq; eam & dicet : Si non dormiuit uir alienus tecum : & ſi non polluta es deſerto mariti

thoro:non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ in quas maledicta congessi. Sin autem declinasti a uiro tuo atq; polluta es:& concubuisti cum altero: his maledictionibus subiacebis: Det te dominus in maledictionem: exemplumq; cunctorum in populo suo:putrescere faciat femur tuum: & tumens uterus tuus dirumpat. Ingrediant aquæ maledictæ i uentrē tuū:& utero tumescēte putrescat femur. Et respondebit mulier: Amen amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit:& dabit ei bibere: Quas cum exhauserit:tollat sacerdos de manu eius sacrificiū çelotypiæ: & eleuabit illud coram domino: imponetq; super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas:Quas cum biberit si polluta est & cōtempto uiro adulterij rea:pertransibunt eam aquæ maledictionis: & inflato uentre computrescet femur: eritq; mulier in maledictionē & in exemplū omni populo. Quod si polluta non fuerit:erit innoxia & faciet liberos. Audiamus & tertio dei doctrinam: Sic benedicetis filijs Israel & dicetis eis:Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Conuertat dominus uultum suum ad te & det tibi pacem. Et ponant nomen meum super filios Israel & ego benedicā eis. Tali uerborum uis: ea figurarum potentia: huiusmodi confectionum uirtute: his siue maledictionū seu benedictionū carminibus & compositis uerbis:res ipsa miro artificio fabricatur:nō a nobis sed per nos. Etenim si diuinam oportet nominibus istis inclusam esse uirtutem: & infallibile numen accurrere:potentiamq; omnes leges rerum & superantem & penetrantem delitescere:opus erit non ignorare:Primū: quod sit illud nomen cæteris præstantius:immo solum illud ex omnibus reliquum cuius energia secreta & suppetijs arcanis totum admirationis negocium conficiatur. Deinde quomodo cognitū quod illud ipsum sit:nec præter id aliud. Postremū uero qua uia utendo adoriamur quod cupimus. Et est id quidem magnum & haud scio an maximum:sed tñ facile quidē gradatim & prudēti maturaq; indagine causam nominū quasi lanam decerptu extenuare: usq;dum quod latet comprehēdas idq; illud esse qd desyderas statim probes. Ex ingēti enim sacrorum uocabulorum aceruo quædam accepistis ineffabilia: quædam fabilia: Durum etsi non impossibile. At est difficile nobis: ex ineffabili uocem fieri qua obedienter utamur: quæ ue nobis quolibet casu: quauis affectione: quibuscunq; in periculis in promptu sit & ad manū. Quare fuerit reliquū ut ducente necessitate ad scrutādas acri iudicio nominatas uoces cōuertamur: si antepaulo altiori studio tā ingētis potētiæ ac tantæ nominū uirtutis causā q̄breuissime inuestigemus. Quapropt uisum ē apertius agendū. Sicut enim clemētia cæli: & syderū radij: & ignes astrorū sempiterni suo defluxu in subterlunaria non nihil moliri credunt: Hinc tēpestates dubio prædiscere cælo Possumus: hinc messisq; diē tēpusq; serendi: Et qñ infidū remis impellere marmor Conueniat:quādo armatas diducere classes: Aut tempestiuam in syluis euertere pinū. Nec frustra signorū obitus speculamur & ortus: Temporibusq; parem diuersis quatuor annū. Hoc naturæ opus:hæc radiorū influētia:hic subtili uiuacitate penetrans omnia descensus:luminis:cōmotionis & caloris. Hinc ut idem poeta Mantuanus ait: Vertunt species animorū & pectora motus Nūc alios:alios dum nubila uentus agebat Cōcipiunt:hinc ille auiū concētus in agris:Et letæ pecudes & ouātes gutture corui. Et ut paucis complectar sicut natura uniuersi ordinē suum præscriptū in singulas agit res naturaliter: ita præeminens naturæ domina: omniū causa: diuina uoluntas:gratiā suam illimitatam:in uniuersas & singulas agit res supernaturaliter. Et sicut illa medio qualitatum sensibiliū euidenter:ita ista quādoq; medio nominū intellectualiū cōfœ-

deranter: ſine proportione: abſq; ſimilitudine ſine cauſæ ad cauſata cõmenſu/ratione. Quod nos deus ſuperna reuelatione per Eſaiam docuit. Quomodo inquit deſcendit imber & nix de cælo & illuc ultra non reuertitur ſed inebriat terram & infundit eam & germinare eam facit & dat ſemen ſerenti & panem comedenti: ſic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuũ: ſed faciet quæcũq; uolui & proſperabitur in ijs ad quæ miſi illud. Cum igitur de ſuperioribus: ut arbitror: liquido nobis uerbum dei (quod alio nomine ratio dicitur: quoniã utrũq; a græcis una enũciatur dictione logos) apparuit id eſſe quo deus omnia facit: omnia operatur in cælo & in terra & in omnib⁹ abyſſis. De quo uel mathematicũ audite obſecro. M. Maniliũ in aſtronomicis ad Auguſtũ: qui carmine ſic ait: Hoc opus imenſi conſtructũ corpore mũdi Membraq; naturæ diuerſa cõdita forma: Aeris atq; ignis terræ pelagiq; iacentis Vis animæ diuina regit: ſacroq; meatu Conſpirat deus & tacita ratiõe gubernat: E multa in cũctas diſpẽſat fœdera partes. Cunq; ſit ea ratio & idem uerbũ humanã carnẽ indutũ quo magis nos eiꝰ ſalutari contrectatiõe poſſemus noſtrã cõmoditatẽ cõſequi: quãdo bis oculis cerneremus & ſingulis ſenſibꝰ cõplecteremur illud ipſũ quod non ultra ineffabili ut antea litterarũ circũſcriptione ſed enũciabili uoce comprehenſibiliq; ſonitu nominare poſſemus: decuit iam ſingula dei cum noſtris maioribus pacta: omnẽ confœderationem ſuper ineffabili & Tetragrãmato nomine: Omnẽ deniq; pollicitationem ceſſare ac tranſferri poſteriꝰ in ipſius uiſibilis uerbi euũciabile nomẽ: per quod fœdera diſpenſat/uelut paulo ſuperiꝰ ex carminibꝰ accepiſtis: & nõ ſolum ita fieri decuit: ſed ita deus uoluit: & ita multo ante prædixit: quẽ ego ſi æquo fertis animo/ex oraculis uatũ affirmabo. Ecce dies uenient dicit dominus & feriã domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum: non ſecũm pactũ quod pepigi cum patribus ueſtris in die qua fortificaui manũ eorum ut educerem eos de terra ægypti: quod ipſi irritum fecerunt. Hæc ita in Hieremia leguntur. Ex quo plane intelligimꝰ: pacta cum deo: memoria patrũ inita: poſterioribus annis caſſa fieri & irrita: in aliudq; pactum tranſlaticia. Eſt autẽ ex omnibus legibus edictis & interdictis: numero ſeſcentis & tredecim: præcipuũ de nomine ineffabili hoc pactum quod iniit deus cum Iſrael filijs & filiabus ſuis: hoc ꝑmiſſum: hoc fœdus. Ego inquit ſum ineffabile Tetragrãmaton deus tuus fortis çelotes. Et ſequitur: Altare de terra facietis mihi & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica ueſtra: Oues ueſtras & boues. In omni loco i quo memoria fuerit nominis mei: ueniam ad te & benedicã tibi. Hæc ꝑmittuntur Exodi capite uigeſimo. Atqui diruptum hoc fœdus/audite rurſus i Eſaia: Hæc dicit dominus: Cælum ſedes mea: terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi: & quis iſte locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: & facta ſunt uniuerſa iſta dicit dominꝰ. Ad quem autem reſpiciã niſi ad pauperculũ & contritũ ſpũ & trementẽ ſermones meos? Qui imolat bouem quaſi qui interficiat uirum: Qui mactat pecus quaſi qui excerebret canem: Qui offert oblationem quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: Qui recordatur thuris quaſi qui benedicat idolo. De nomine uero ineffabili per Hieremiam: Ecce ego iurauí in nomine meo magno ait dominus: quia nequaq̃ ultra uocabitur nomen meũ ex ore omnis uiri iudæi dicentis: Viuit dominus in omni terra ægypti. Cum itaq; oſtenderimus id quod deus cum filijs & filiabus ſuis de populo Iſrael pactum conuentũ ſuper nomine Tetragrãmato habuit: omne in nihilum dei quoq; ſententia eſſe redactum. Adhuc explanare oportebit nomen illud cõmutatũ in quoddam aliud eſſe: quod uel parem cum ineffabili uel maiorẽ uim obtineat. Sup quo iterũ Eſaiæ animaduertamꝰ oraculũ: Quia hæc dicit dominꝰ Eunuchis: qui cuſtodierint ſabbata mea: & elegerit quæ ego uolui & tenuerint

fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius q̃ filijs & filiabus: nomen ſempiternũ dabo eis quod non peribit: quaſi dicat: filijs & filiabus meis dedi nomen quod ceſſauit: Nunc uero eunuchis qui ſe caſtrant propter regnũ cælorum dabo nomen melius & permanentius quod nunq̃ ceſſabit. Pro eo aut qd̃ in hoc uaticinio locũ interpres iuſte quidẽ traduxit: ſcitote in hebræo magnũ cõtineri myſterium: quod chriſtianis nobis reuelatũ eſt. Illic enim hebraice lad ponitur: quod & manum ſignificat. Vnde caſtis hominibus promitti filium dei qui manus eſt patris: & eiuſdem quoq; nomẽ datum iri non ab re iudicamus. De qua nominis tranſlatione iterũ dominus per Eſaiam ſic iudæis loquitur: Et dimittetis nomen ueſtrum in iuramentũ electis meis: & interficiet te dominus deus: & ſeruos ſuos uocabit nomie alio. In quo qui bendictus eſt ſuper terrã benedicetur in deo amen: hoc eſt in deo qui non tantũ manus ut ſupra: ſed etiã qui eſt ueritas: uerbũ dei incarnatum qui dixit: Ego ſum uia: ueritas & uita. Videtiſne huc accedere quod principio attulimus oraculũ: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis: & fuit dominatio eius ſuper humerũ eius: & uocabit nomen eius pele: id eſt mirificum. Hoc eſt illud nomen quod quærimus. Hoc eſt illud uerbi mirifici nomen mirificum quod expectamus: quod ante æternitatem & ſupra æternitatem deus eſt & factꝰ eſt homo. Res primo admirabilis deus & homo: una pſona duæ naturæ: uel quod maius eſt in uno corpuſculo naturæ dominus & natura. Natus eſt: ſed & ante genitus fuit. De ſexu muliebri: quod humanũ eſt: ſed & de uirgine incorrupta: quod diuinum. Hinc ſine patre: illinc ſine matre: utrũq; diuinitatis. In utero portatus: ſed in utero portato ꝓphetæ cognitus: & exultanti corã uerbo quo naſcebatur. Pannis inuolutus in tugurio: ſed etiam ſindone ac ſudario euolutus reſurgebat a morte. In præſepio reclinatus: ſed ab angelis glorificatus: a ſtella demonſtratus: a magis adoratus. Fugit in ægyptum: ſed ægyptiorũ idola fugauit. Non habebat ſpeciem neq; decorem apud iudæos: ſed ſpecioſus erat præ filijs hominũ coram Dauid. In monte ut ſol tranſfiguratus ſplenduit: & qua maieſtate in iudicium uenturus eſſet aperuit. Baptiçatus ut homo: peccata dimittens ut deus: nõ indigẽs ut aquis mundaretur: ſed ut aquas mundaret. Temptatus ut homo: ſed uictor ut deus: & confidere iubens quoniã uicerit mundum. Eſurijt: ſed pauit multa milia: paniſq; de cælo uiuus deſcẽdit. Sitiuit: ſed & exclamauit: Siquis ſitit ueniat ad me ut bibat: & cuicunq; in ſe credẽti eſt pollicitus/quoniã flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Fatigatus eſt: ſed fatigatis ad ſe uenientibus requiem promiſit. Somno grauatus eſt: ſed tempeſtate orta euigilans imperauit uentis & mari. Telonium perſoluit: ſed ex piſce. Samaritanus conuitio nominatꝰ: ſed relictum a ſacerdotibus & leuitis ſanciũ curauit. Dæmoniũ habere dictus: ſed a gadareno dæmoniaco/excelſi dei filius agnitus: de quo legionẽ dæmoniorũ eiecit & in mari ſubmerſit. Ipſe eſt qui uidit ſatanam ducẽ dæmonũ tanq̃ fulgur de cælo cadentem. Lapidibus etiã obruendus: tanẽ abſcondit ſe per medium illorum tranſiens. Orauit: ſed & orationes exaudiuit. Fleuit: ſed abſterſit omnẽ lachrymam. Quæſiuit ubi laçarus: Homo enim erat. at ſuſcitauit Laçarum: Deꝰ enim erat. Venditus paruo/triginta ſcilicet argẽteis: ſed mundũ precio magno redemit: Tanq̃ ouis ad occiſionem ducebat: ſed regit: id eſt paſcit iſrael & omnem orbem. Agnus obmuteſcens: ſed & uerbum & uox clamantis in deſerto. Contunditur: uulneratur: ſed & curat omnẽ infirmitatem & omnẽ languorẽ. In ligno ſuſpẽſus occiditur: ſed ligno uitam reſtaurat: & latronem ſaluat: & morti tenebras inducit. Potatur aceto: ſed & aquam in uinum mutauit. Tradit ſpiritum: ſed & poteſtatem habet reſumere illum. Et ſcinditur uelum: quoniã quæ ſurſum ſunt reuelantur. Rumpunt lapides: mortui reſurgunt. Morit: ſed uiui/

ficat:& morte mortem resoluit. Sepelitur:sed resurgit. Ad inferos descēdit:sed animas reducit:Et in cælum ascēdit: & uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Recte igitur nomē eius uocatum est mirificū:qui plenissimus ipse miris sit mirabilibus. Et scitote quoniā hunc sanctum suum qui est sanctussanctorū mirificauit dominꝰ: adeo:ut exaudiat nos:cū clamauerimus ad eum. Habetis quodnam sit uerbum mirificū. At quomodo enunciat illius nomen? Et est ne unum e multis prius enumeratis? An præterea erit aliud quæritis? Nos uero scripturā sanctam imitari oportet:quæ de rebus abstrusis & arcanis nos edoceat. Itaq; si memoria cōplectimur disputatiōis nostræ anteriora colloquia : reperit uerbum in patre:& manꝰ in sinu: & deus inuisibilis:& nomē ineffabile:sicut oleum in lenticula. Post uero q̄ est incarnatū: Exiuit a patre uerbū: inclinauit cælos & descendit: & emisit dominus manū suam de alto:Et deus in terris uisus est: & cum hominibus cōuersatus est. Et uocatū est illi nomē nouū uoce articulata: qd os domini nominauit:& oleum effusum est nomen eius. Aperta est ampulla lenticulari forma: tereti ambitu:& cornu filij olei:uinea dilecto factū est:in qua ipse filiꝰ uera uitis est:& oleū effusū nomē eiꝰ:Iccirco præ oibꝰ participibꝰ & præ oibꝰ cōsortibꝰ suis unxit eū oleo læticiæ deus. Quo quidē oraculo:qbꝰ adytis:qua diuina uoce conijcimꝰ:Messiab:quod ab unctione interpretat christus: illud nomē esse: uel aliud quippiam quod christū dei filiū propiori sono ac peculiariꝰ significet. Nam christus nō propriū sed cōmune uocabulū & nūcupatio est potestatis & regni. Singuli reges: omnes sacerdotes: quicunq; uncti sunt : christi sunt. Chrio nāq; ungo interpretat /& christus unctus. Magis ergo propriū illius nomen acceptandū nobis est:In quo facile cuncta possimus obtinere quæ uolumꝰ. Quod iterum ex sacris characteribus rimari non sine accurata quidem diligentia iubemur/hortante hocipso de cuius nomine agitur: Scrutamini ait scripturas: ille sunt quæ testimoniū perhibent de me. Quid de causa nostra sancti libri cōtinent? Oro uos optimi uiri audite absq; tedio. Erigite animos. Iam enim prope tandem accessimus:& adsumus pene ad ipsas fores inueniendi nominis. Historia sacrosancti Euangelij hæc est. In mense autē sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Naçareth: ad uirginem desponsatā uiro cui nomen erat Ioseph de domo Dauid:& nomē uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam:dixit: Aue gratia plena dominus tecū benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset:turbata est in sermone eiꝰ:& cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelꝰ ei: Ne timeas Maria Inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies i utero & paries filiū & uocabis nomē eiꝰ ihsub: Hic erit magnꝰ & filius altissimi uocabit. Verū ego non omnē gestorū seriem recēsebo: sed qd nostrū negociū attinet retro incipiā. Et postq̄ cōsūmati sunt dies octo ut circūcideret puer: uocatū est nomen eius ihsub:quod uocatum est ab angelo priusq̄ in utero conciperet. O fœlicem hanc horam: O faustū huius lucis momentū clarissimi homines & amantissimi studiorū sodales : In qua tam excellens : tam potens:tam uictoriosum inuenimus nomen: cuius nutu ac ditione:non tantū amplissimus orbisterrarū ambitus : uerūetiam tota mundi hæc machina & supermūdialis illa inclyta regio/superi atq; manes regunt. Quem scripsit Moyses in lege & cæteri prophetæ inuenimꝰ:ihsum:sæpe desyderatum:diu quæsitū: ualde inuestigatum: iocundissimo cum fructu uoluptatis & cum infallibili: ut arbitror:inter nos charitatis uinculo perpetuis temporibus duraturo. Nomen summum & exuperantissimū: Nomē religiosum/ sanctum & honorandum:Nomē in quod omnia sacra nomina sunt referenda:quod est super omne nomē:quod nominat in cælo & in terra:etiam in futuro sæculo. Nomen miraculosum & mirificum:Nomē sono uocis enunciabile: nō ultra ineffabile: nō Tetragrāmaton

ſed pentagrāmaton. Nec eſt ulla uirtus in cælo & in terra quæ nomini ihsub re/
ſiſtere audeat. Nec eſt ullum aliud nomē quod ſanctius & religioſi⁹ conſtat: cu/
ius litteræ deus: cui⁹ ſyllabæ ſpiritus: cui⁹ dictio deus & homo eſt. Quid attoni/
ti obſtupeſcitis? Quid in me fixis oculis intuemini? Quid intenti ora tenetis? Si
miramini: uel hoc addam: quod prius tanto tempore: imo tot ſæculis fuit ineffa
bile: iuncta nūc una nō ſonāte ſed cōſonante lra: effabile factū eſt. Et ſi adhuc ad/
miramini: adhuc addam: quādo uerbū deſcendit in carnem: tūc litteræ tranſie/
runt in uocē. Videte q̄ aperte uobis & q̄ fideliter totū pando arcanū. Cōceptio
litterarū ſyllaba dicit: unio ſyllabarū dictio uocat. Redigitis me ad grāmaticos
tandē elementa: quāq̄ uiſu parua: tamē uirtute maxima. Nō mediocris eſt pon/
deris ſi Platoni credim⁹ negociū de litteris: probat ipſe ſumma induſtria & acri
ſtudio & ingenio ſagaci earū diuitias: imo delitias i libro cui Cratylus inſcriptio
eſt. Sed redeamus enimuero ut in hoc tam excellenti nomine quinq; litterarū:
pars uocales ſunt: pars eſt conſonās. Sic etiam totius dictionis duæ ſunt ſyllabæ:
quarū prior ex puris uocalibus: ſecūda ex uocalibus aſſumpta cōſonante oritur.
Vos quæſo recordamini pentateuchum: & memineritis optimū: maximū deū
nulla ſimilitudine: nulla effigie: nulla imagine niſi ſola uoce ſignificari uelle. Iccir
co plebi concionat Moyſes hoc modo: Locutus eſt inquit dominus ad uos de
medio ignis: uocem uerborū eius audiſtis: & formā penitus nō uidiſtis. Et dein/
de ſubiūgit: Vt ſcires qm̄ domin⁹ ipſe eſt deus & nō eſt alius: præter unum: De
cælo te fecit audire uocē ſuā: ut doceret te: & in terra oſtendit tibi ignem ſuum
maximū. Hæc Moyſes. Pergite audiendo. Vox ſpirit⁹ eſt. Vocē enim diffiniūt
aerē ictum: Ita Nicodemus apud Ioannē inſtituit: Spiritus ubi uult ſpirat: & uo/
cem eius audis: ſed neſcis unde ueniat aut quo uadat. Deus & ipſe quoq; ſpirit⁹
eſt: Ita Samaritana erudit. Cōuenientiſſima ergo ſignacula dei uocales ſūt lræ:
quippe a uoce denominatæ. Iam hoc dimittite: quia diuinitas ipſis uocalib⁹ de/
ſignatur. Nunc ad cōſonantē tranſeamus: quā iccirco arbitramur corpulentio/
rem qd̄ per ſe ac ſine ſpiritu uocali nullū oris ſonitū habet: ſed tantūmodo cōſo/
nat. Ea uero cōſonans eſt littera non fortuitu capta: nec imprudenter arrepta:
non ab imperitia neq; inſcitia aut præter opinionē: præter ue ſpem admiſſa: ſed
prouidentia ſummi dei omnia circūſpiciente: omnia diſpenſante: iuxta æternū
ſuæ rationis examen ex uniuerſis characterib⁹ electa: quæ apud latinos. Es. no/
minat. Docuit autē nos ſi memoria tenetis Baruchias heſterno ſermone: diui/
nū putari uocabulum. Es. quod eſt interpretatū: ignis. Hic eſt ille dei maximus
ignis quem nobis in terra pariter cū uoce paterna oſtendit dicens: Hic eſt filius
meus dilectus. Et is ait: Veni mittere ignem in terrā: & quid uolo niſi ut accen/
datur? Vt clarius intelligatis atq; lucidius (Non enim per ambages & uerborū
obſcuros amfractus uobiſcū: ſed patenter agam & aperte) at reponite hæc imis
ſenſibus: Res erit me iudice nō parua. Es quod hebraice ignem ſignificat: id eſt
hoc corpus: non diuinū: non ætbereū: non præſtygioſum: nō apparens: ut Ma/
nichæi: Eutyches: Dioſcorus: Timothæ⁹ ælurus ſomniādo delirarūt: ſed terre/
ſtre: quem Moyſes ignem in terra cognominat: cum ſcd̄m Pythagoricā Cabalā
diſcutiamus. O rem iocundam auditu. Profecto inueniemus id eodem numeri
modulo conſtare quo noſtrū hoc ihsub auguſtæ maieſtatis nomen: pari harmo
nia: æquabili cōmenſuratiōe. Porro dicetis fortaſſe litterā hanc. Es. quæ medio
ſtans ſecundā ſyllabam faciat non rite gentium more appellari: ſed pro conſue/
tudine linguæ ſanctæ (Sic enim hebraici ſermonis idioma uocant) enūciari de/
bere: cum de ſanctis ſcripturis palæſtram agamus. O q̄ non dubitarem ego uos
in myſteriorū penetralia ſecreti⁹ introducere: ſi Pauli Tarſenſis oratione reſpō/
derem: cum ſic ait: Notum ergo ſit uobis quoniam ethnicis & gentibus miſſum

est hoc salutare dei: & ipsi audient. Sed permanebo in idiomate sancto: & ita cũ facilius: tum etiam manifestius sacratissimũ nomen hebraicũ explicabo eiusdẽ linguæ/modo ac proprietate. Obtinuit nãq; Baruchias disputando ut ipse de se gloriatur: eum sermonem: sacris esse congruentiorẽ. Agite: uultis ipsam nunc cõsonantem litteram ad amussim explorare: cauendum prius est ne obliuiscamini uocaliũ quæ in huius nominis compositionẽ ingrediunt. Sunt autem quatuor solæ: IHVH: quib⁹ Tetragrãmaton ineffabile constat: & quæ diuinã naturam proprijssime cõmonstrant: ut heri ab hoc consorte nostro late admodũ: ac maxime interdum memorabiliter ostensum est. Quæ cum dici humana & uoce & facultate nequeãt: opportune quidẽ decebat incarnandũ deũ: præter eas alium cum carne assumere characterem: quo inenũciabilis sonus: ac tunc inuisibilis dei: inenarrabilis nota: inter humanos nũc posset dentes stridere aliquãdo & sic effabiliter uocari: quatenus ante inuocabile: modo sentiatur uocabile. Appellant uero eam hebræi consonantẽ Sin: quod dentes: Hieronym⁹ presbyter interpretat: ad Paulam Vrbicã sic scribens. Septima cõnexio quæ est extrema quo & in ipso quoq; septenario numero sit mysticus intellectus: Coph: Res: Sin: Thaf: id est uocatio capitis dentiũ signa. Per dẽtes articulata uox promit: & in his signis ad caput omniũ qui est christus pernenit: per quẽ & uenit ad regnũ cælorũ. Oro te quid hoc sacratius sacramẽto: quid hui⁹ sacramẽti uoluptate iocũdius: qui cibi: quæ mella sunt dulciora q̃ dei scire prudẽtiam: & in abdita eius intrare: & sensum creatoris inspicere: & sermones domini dei tui q̃ ab huius mũdi sapiẽtibus derident: pleni⁹ discere sapiẽtia spiritali? Hæc non mea sed Hieronymi uerba sunt: tantæ autoritatis uiri: ne uidear aliquibus figmentũ cõmentari uelle. Dentes igitur cũ sint instrumẽta fandi potentissima: de quib⁹ Sin litte/ra celebrior esse dicit: quid mirum si cuncti assentiant mihi nobiliores cæteris grãmatici: taceo ipsos theologos: ad pronũciationem ineffabilis nominis illud & nõ aliud elementũ fuisse accersitum q̃ cõmodissime? Nescio quo certe pacto illius uenerandi uel potius adorãdi nominis recta institutio a nemine: neq; uno aut altero doctorũ hominũ & diuinæ philosophiæ magistrorũ probabiliter hactenus animaduersa est: quorũ utentes inuentionib⁹ ad hanc nostrã orationem non paruo meditãdi onere possemus leuari. Sed sunt tamẽ apta quædam huic operi adiumẽta & subsidia: quæ in illorũ uoluminib⁹ reperiunt abscondita: quibus nõ magis ad causæ inuentionẽ q̃ inuẽtæ confirmationẽ diligẽter oporteat inniti. Quale illud extat egregiũ qd̃ nos pridẽ de Hieronymi Epistola expiscati sum⁹. Cerno affect⁹ animi uestros cõcepisse nõ nihil delectationis in hoc noie this ab discutiendo: adiungã aliquid læticiæ ut magis oblectemini: & hilariori meuultu audiatis. Ratione mathematica compertũ est: corpus in multitudinis cõpositione quæri oportere: spiritũ in simplicitate unitatũ: ut quanto ad unitatẽ res quælibet accedat propius: tanto sit spiritualior & a materiæ appẽdicijs defæcatior. Habemus uerbi dei illã oim spirituũ simplicissimã diuinitatẽ: quæ unitate ipsa designat: cuius tamẽ nota: ex hebræis disciplinis Tetragrãmati nomis quatuor istos uocales charactares continere discitur: Restat quærendũ corpus incarnati: eiusq; characterem. Ad multitudinẽ igit respiciam⁹: & ad tempus incarnationis: ut ex signi proportiõe ad signatum: perspicaciores euadere liceat. Primũ q̃ ppter mũdi salutẽ in mundũ uenit: qua ætate mũdi corpus assumpsit? Rectecq; mihi cõsentiente Apostolo respõdebitis: In ultimis siue nouissimis diebus. Nos enim hi sumus in quos fines sæculorũ deuenerũt. De mũdi uero ætatibus diuersi uaria tradiderũt. Ouidi⁹ & turba poetarũ: quatuor esse mũdi ætates affirmant. Hesiodus quinq; instar Danielicæ statuæ. Cæteri sex iuxta hexaemeron quo deus cuncta creauit. Reliqui septem: ut & mea extat opinio: sed ~~ees~~ nõ

pro mea ſententia diuidunt:qui futurũ ſæculum ætatem ſeptimã dicunt. Tunc enim deus creabit cælum nouum & terram nouam:& noua faciet omnia:ut ſacra inſinuant eloquia. Non ergo mundi huius ætas quædam erit:ſed nouus mũdus:& non iam ſabbatum quod hebræi ſeptimũ uolunt: ſed ſabbatum ſabbatorum/& duratio æternitatis non temporis. Nunc autem chriſtus & dei uerbum & deus:in ſeptima huius inſtabilis ſæculi ætate aduenit in carnẽ. Aetatem uocoſtatum mundi quẽdam inter duas inſignes & cõmunes uariatiões: & quaſi peregrinas eius cõmotiones. Sane primã fuiſſe cenſeo:Cũ perfecti ſunt cæli & terra:& omnis ornatus eorum. Viditq; deus cuncta quæ fecerat:& erant ualde bona:& factum eſt ueſpere & mane dies ſextus. Deinde ſequuta eſt ingens mutatio mundi poſt diem ſeptimũ:quando Adæ locutus eſt deus:Quia audiſti uocẽ uxoris tuæ:& comediſti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes:maledicta terra in opere tuo. A creatione igitur mundi aduſq; tranſgreſſionẽ Adæ prima ætas mundi pro exili meo iudicio ſtatuit. Ab illa uſq; ad Noeh diluuium/ſecũda ætas. Tertia uero a Noah ad Abraham & eius circũciſionem dicet fuiſſe: quando ab idololatris Eufrate fluuio diuidebat fidelis deo populus: Vnde Abraham cognominatus eſt Eber: nõ a lingua quã ſuis integram ſeruauerat Hebri filij Selah:ſed a tranſitu Eufratis:quaſi tranſfluuialis. De Abraham ad Moyſi legem ſcriptam: ſacraq; & multiplices cerimonias/quartã ætatem numerabim⁹. Quintam ad hebræorũ regnum:quando poſt dirutam Troiam & luſtris homines tempora ſupputare cœperũt. Sextam uſq; ad urbem nunc Romam conditam:quando ſingula manu regis incerta gubernabant:nullo iure dicto:nulla lege lata:niſi quas Romulus poſthac ad populũ minuſculas ſanctiones tulit:quas Curiatas appellauit. Extant ſup his Sexti papyrij uolumina:quæ ſi poteſtis accuratius perlegite. Inchoauit id ſæculũ olympiadib⁹ dinumerare annos: ſicut præcedens luſtris: uſq; ad chriſti ætatem:quando Romanorũ annuis capitatiõibus atq; tributis:uniuerſus erat orbis aſcriptus:quã uocamus ad noſtra uſq; tempora indictionem: tris olympiadas terna ue luſtra continentẽ:quæ ſeptima nũc eſt ætas. Ea ſi uere:ſi æquabiliter a me:ſi non ſegniter penſata eſtimabitis:gaudebo fructum mihi ſtudiorũ haud mediocrem adeſſe. Sin ut fore formido: multo ſecius: uel aliquem de me uobis conatum oſtendero: & ſaltem placuiſſe uelle uidebor: Nihilominus alludam ingenio meo: & proinde atq; ita res habeat:ponã chriſtum in fine dierum:id eſt circiter ſeptimã ætatẽ huius mundi corp⁹ aſſumpſiſſe. Corpus autem ut dixim⁹ in multitudine quærendũ eſt. Igitur ſi poſt unitatem quæ non numerum ſed deum ſignificat: ex omnibus numeralib⁹ figuris apud hebræos ſeptem numerorũ domos finxeritis:& in ſingulas ordine:trium litterarum arithmeticarũ contubernia recluſeritis:manifeſte apparebit in ſeptima domo:& in eius cõnexionis medio loco:ipſa nota Sin mediatorem deſignãs dei & hominis:deum & hominẽ:qui fecit utraq; unum. Eſt autem ſeptimæ domus connexio nominatim hæc: Res: Sin: Thaf: quod latine interpretat Capitis. Sin .deſignatio: quaſi prædiceret alphabetũ: & præſagiret uaticinio:qd ipſa littera Sin .erit aptiſſimus character figurandi nominis ihsub: quem deus pater dedit caput ſupra omnẽ eccleſiam:quæ eſt corpus ipſius:ut ad Ephesios ſcriptũ legimus. Quod mihi quondam aperte uidetur Moyſes prædixiſſe:in Deuteronomio:& eius libri capite duo de trigeſimo: cum uenturæ nationi ſic uaticinat: Si autẽ audieris uocem.I.H.V.H. dei tui : ecce quatuor uocales. Deinde poſt abundantiam benedictionis ſequitur: Videbunt omnes terrarum populi:quod nomen Tetragrãmaton uocatum erit ſuper te. Qui quidem aceruus orationis ex iſtis tribus uidelicet; Nomẽ Tetragrãmaton Vocatũ: ſimul collectus:omni/

no iuxta Cabalam Hebræorum per Sin: frequenti usu intelligitur: ut si ultima respondeant primis: nihil aliud hæc prophetia cōtineat: q̄: Si audieris uocē Tetragrāmati: hoc est quando Tetragrāmaton fiet audibile: id est effabile: tunc nomen Tetragrāmaton uocatū per Sin: erit super te: haud secus atq; si diceret: Si nomen ineffabile Tetragrāmaton oporteat fieri effabile: necessario uocabitur per consonantem quæ appellatur Sin: ut fiat ihsub: qui erit supra te: caput tuū & dominus tuus. Benedictus sit deus & pater domini nostri ihsub christi: qui de super instillat nobis cognitionem ueri nominis unigeniti filij sui & saluatoris nostri: uel scdm græcos: sanatoris nostri. Hoc enim nomen a medendo & sanando deriuant græcorū autores. Hebræorum uero grāmatici a saluando: ut idem esse ihsub putent quod saluator. Atqui saluator cōmune nomen est: ihsub autē maxime proprium: ita qd nulli alteri nisi filio dei incarnato conueniat. Facit hoc uarietas litterarum ex quibus dictio constat: quali a sæculo non est audita unq̄ altera similis. Fuere patrum memoria plures saluatores Iesu uocati: sed alijs litteris & alijs syllabis. Nemo enim has simul pro suo nomine usurpare unq̄ ausus erat: eo qd tota diuinitas in eis contineret. Sed quisquis aliqua sanctitate præditus existimabat: is aliquam ex ijs sanctis characteribus litteram nomini suo nancisci uehementer optauit: ut Abram. h. Dixit enim ei deus: Non ultra uocabit nomen tuum Abram sed appellaberis Abrham. Et Hosee adeptus est. I. Cum enim Moyses ad explorandum terram Chanaan uiros mittere deliberasset: præfecit eis Hosee filium Nun: de tribu Ephraim: cui ut foret salubriori fortitudine: mutato nomine: addidit. I. litteram nominis ineffabilis primam: uocauitq; Hosee filium Nun: Ihosue: quod nostri etiam transtulerūt Ihesu. Legitur & alio de Bethsames: cuius memoria in libro Samuelis recitatur. Simili nomine & tertius in libro Esræ filius Iosedech: qui non seruat. h. sed nominatur Iesue. Reperimus & in oratiōe uatis Abacuk: uersu antepenultimo: quādo ait: Ego autem in domino gaudebo & exultabo in deo Iesu meo: quod iterū minorib9 syllabis cōpositum legit Iese: id est salus: quasi cum ita diceret propheta: Exultabo in deo salute mea: quod nequaq̄ censeri debet proprium dei nomen: sed eius Epitheton seu appositiua constructio. Est etiam quartus: stans coram angelo sacerdos magnus: a quo angelus abstulit iniquitatem suam uidente Zacharia: qui pariter cum filio Nun similibus litteris scribit: Ihosue: Putaturq; tunc Zacharias in eo loco: umbrā uidisse aduenientis ueri luminis. Legit quintus Iesus filius Syrach: qui fuit Ptolomæi regis ægypti tempore cognominati Euergetis: & credit librū cui nomen Ecclesiastico extat edidisse. Quotquot erūt qui nostro sermone Iesu cognominant: illorum nemo eas litteras omnino possidet quas incarnatū hoc dei uerbum: deus noster: per quem creator fecit & sæcula: cuius excellens illud nomē admirabili maiestate plenissimū: nomē inclytum: fœlix: augustū: nomen grauissimū: maxime dignitatis: potētissimæ autoritatis in cælo: summi magistratus in terra: iocūdum angelis: religiosum hominibus: terribile dæmonib9: quinq; litteris: id est ex uocalibus & uno consonante: miro spiritussancti artificio cōponitur. Sicut idem ipse cuius est nomen: ex diuina & humana essentia constare agnoscit. Nam sicut anima rationalis & caro un9 est homo: ita deus & homo unus est christus. Et ita ihsub nomen Tetragrāmatis uocalibus & una Sin cōsonante pronunciat: ut eum denunciet qui est Iah: id est deus: & sauab: id est uelatus. Ad quem sic Esaias loquit: Vere tu es deus abscōditus: deus Israel saluator. Difficilis est creditu uiri optimi si non & sacris prophetarum monumentis hæc mea roboret imbecillis oratio. Quare audite quæso uos rursus Esaiam loquentem: Propter sion nō tacebo & propter Hierusalē non quiescā: donec egrediat

ut ſplendor:iuſtus eius: & ſaluator eius ut lampas accendat:& uocabit tibi no/
men nouũ quod os domini nominauit. Qd ſi multis apud maiores noſtros cõ/
mune hoc cognomentũ fuiſſet:non utiq; habiturus eſſet chriſtus nomen nouũ
qd os domini nomiauit. Primo enim Ioſue nomen: qd latini Ieſu interprætant:
nõ deus ipſe ſed Moyſes impoſuit:Quomodo igit os domini nouũ nomẽ chri/
ſto adderet qd humana prius excogitaſſet inuentio? Sed ne prætereãt nos uer
ba prophetæ: Videamus nũquid lampas in effigie ſua & figura conſonantis Sin
litteræ:circũductis lineamentis corporalib⁹ par & cõſimilis eſt:In qua inſtar lod
elementi: quod deitatem hebræis deſignat lychnus ſplendet: Oleum eius lam/
pada & lychnum ita igni cõiungit:ut abſq; omnib⁹ ijs ſimul iunctis: ſplẽdor lam/
padis tenebras exire nolit.Quare Salomon cecinit:Oleum effuſum nomẽ tuũ.
Oleum autẽ apud hebræos a Sin incipit littera. Igit Sin olei nota: id eſt effuſi &
effabilis nominis conueniens extat ſignaculũ: quod ita chriſti perſonã imbibit:
ut quicquid de una in illo natura dicit : de alia quoq; uerũ eſſe perhibeat. Ieſus
homo:natus eſt ex uirgine: ihsub etiam deus natus eſt ex incorrupta muliere:
unde ipſa nõ tantũ Chriſtotocos: id eſt chriſti parens:ſed etiã theotocos: id eſt
dei mater iure colit.Qua in cauſa Neſtorius imprudẽter deſipuit: qui diuinam
operationẽ logicis ſophiſmatibus metiri uoluit:Magnũ & admiratione dignũ:
ſed tamen uerũ eſt in una ſubſiſtentia:& deum eſſe natũ:& deũ eſſe mortuũ.Et
quid multis? Tam filiũ dei eſſe filiũ hominis q̃ & filiũ hominis eſſe filiũ dei.Quẽ
dicunt eſſe filium hominis? Reſponderũt apoſtoli:quoniã alij Eliam:alij Hiere/
miã:uel unum ex ꝓphetis.Interrogabat tum eos filius hominis:ille ueſtitus:ille
ſtans:ille flens:ille tradendus:ille flagellãdus: ille ſpinis coronãdus: ille geſtur⁹
crucẽ:ille moriturus: At uos quem me eſſe dicitis? Reſpõdit & uertex & petra
& columen fidei:& os apoſtolorũ Petrus: Tu es chriſtus filius dei uiui. Sed qd
tanta de apoſtolis? quos ꝓphani & increduli homines magiſtro ſuo blandiri pu
tarent:ipſam auſcultemus ueritatẽ quæ ait:Nemo aſcendit in cælum niſi qui de
cælo deſcẽdit filius hominis qui eſt in cælo.Deſcendit de cælo filius hominis:&
aſcendit ad patrẽ filius dei. Legite Pauli ad Ephesios Epiſtolã:Qui deſcendit:
ipſe eſt & qui aſcẽdit ſuper omnes cælos.Audite chriſtum de ſeipſo dicentẽ:Si
uideritis filiũ hominis aſcendentẽ ubi erat prius.Erat autẽ prius in cælo:non in
forma ſerui ſed in forma dei.Nunc oleũ diuinitatis corporalit effuſũ: quid effe/
cerit: clare cernitis: qualiter unxerit totũ chriſtũ:nõ ut alios chriſtos Saulẽ:Da/
uidem:Cyrum:quos gratia ſpiritus in cornu olei aſſiſtẽter operata ſanctificauit:
ſed ut humanitatẽ totam præſens ac nõ aſſiſtens : ſed imanens deitas eſſentiali
unctione ſubſtãtialiter inebriãs. De quo ꝓpheta: Vnxit te deus deus tuus præ
participibus tuis.Quo factũ eſt ut & oleũ effuſum præberet illi peculiarius & ex
cellentius nomen præ participibus & præ conſortibus ſuis:quod extat:nomen
Tetragrammaton uocatum : per Sin:id eſt ihsub. His enim quinq; litteris ſcri/
bendum eſt tam ſanctiſſimum:& tam adorandum ihsub nomen:quod maiores
noſtri ſolis tribus primis characteribus abbreuiantes ſic depinxerũt:ihs:uti ho/
die in uetuſtiſimis codicibus recte offenditur: quẽadmodum olim nobilium Ro/
manorum erat in more:ut prænomina uel unis uel binis uel ternis litteris deſi/
gnarent:Sic nos imitati patres noſtros:ſimiliter tribus his litteris ihs tam nobile
uocabulum mutilare conſueuimus : magis quod.S. media q̃ ultima ſit.In ea re
plurimi & ij quidem inſignes noſtra ætate grammatici barbaram hebræorum
linguam ignorãtes.H.latinam aſpirationem unum de græcis elementis nume/
ro ſeptimum: quod ita uocatur putabãt eſſe: quoniam illud in.e.noſtrum ſæpe
uertitur : quapropter in orthographia ſtatuerunt hoc digne colendum nomẽ
abſq; aſpiratione ſcribi debere:haud animaduertentes Cæſarienſem Priſcianũ

latinis nō barbaris tulisse leges. Nisi enim & post. I. & post. V. ipsa gemina seque/
tur aspiratio: quomodo primitiuū suū illud Tetragrāmaton imitabit: aut quo/
modo uere affirmabit quinq; scribi figuris. Nam si qua uel in græco uel in latino
sermone finalis. S. littera deprehendit: ea nō de substantia nominis hui⁹: sed de
eius fore declinatione iudicanda fuerit: quæ & declinando haud permaneat: &
uel græce in. N. uel latine in. M. crebro mutet. Tantū igit quinq; sūt notæ quib⁹
omnium sacratissimū Pentagrāmaton formatur. Sup quo Sibyllinū hoc Tristi/
chon inter ipsa uaticinia reperimus: Δήτοτε γάρ μεγαλοίο θεοῦ πάϊς ἀν/
θρωποῖσιν: ἥξει σαρκόφορος θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῆ. Τεα σάρα
φώνη ἐν τῷ φέρων τοδ' ἀφώνον ἐν αὐτῷ: de græco per nos uersa latine sic. Ipsa
dei soboles magni uentura parentis: Mortali similis in carne uidebitur ægra.
Quatuor ergo feret uocales: consonat una. Nunc hæc uestra patientia quā pro
morū bonitate in me audiendo humaniter tenuistis: fecit in disserendo sermo/
nem meū longiorem. Quare quidem id a uobis uehemēter peto ut imodestiæ
meæ atq; isti licentiæ nō tam dicēdi q̄ loquēdi ueniā detis. Videor enim satis iā
atq; nimis uobis de uerbo mirifico promissa persoluisse: In isto Pentagrāmato
ihsub nomine dominatoris omniū maxime proprio: qui secedens a nobis hæc
de seipso testatus est dicēs: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: Vt
uidelicet sciam⁹: iuxta Epbesiorū Epistolā: quæ sit supereminēs magnitudo uir/
tutis dei in nos qui credimus: scd'm operationem potentiæ uirtutis ei⁹ quā ope/
ratus est in cbristo: suscitans illum a mortuis & constituens ad dexterā suam in
cælestibus supra omnē principatū & potestatē & uirtutem & dominationē: &
omne nomē quod nominat: non solū in boc sæculo sed etiā in futuro; & omnia
subiecit sub pedibus eius. Et exaltauit illū: inquit ad Pbilippenses Paulus: & do/
nauit illi nomen quod est super omne nomē: ut in nomine ihsub omne genu fle
ctatur cælestiū/ terrestriū & infernorū. Qui tanto est melior angelis effectus: ut
extat i litteris ad Hebræos missis: quāto differētius præ illis nomē hæreditauit.
Ad summū: hanc sarcinam ex omnib⁹ documētis/ tametsi admodū exilibus/ ta/
men a magnitudine beniuolentiæ in uos meæ progressis colligite boc esse illud
nomē in quo miracula potissimū fiant: & quo duce supra naturam ipsi domina/
mur: & res admirandas haud difficile peragimus: cui non resistit alia cuiuscūq;
nominis uirtus: cui cæterarū adiurationū cedunt potestates & secretorū uires
& artiū energiæ: cui obediūt cælestia sydera: inferna numina: naturalia elemen
ta: nocturna silentia: arcana Mempbitica: Tbessalica Pbarmaca: Cbaldica mur/
mura: Zoroastri dogmata: & quicquid usq̄ est qd perbibet istis artificibus gra/
tū: totū tremit: obedit: supparasitat: aut certe borret: fugit: abscōdit. Quid opus
est pluribus? Tantā uim de se præbet illud nomē/ ut ad eius quādoq; uel effigiē
uel umbrā solā & admiranda & magnalia fiant. Legitur enim Iosue qui & trāsla
tito more Iesus filius naue dicit: quoniā solū cbristi typū & quādā umbratilē in
nomine figurā gerebat: transijsse Iordanē: bostiū regna subuertisse: uictori po/
pulo terrā diuisisse: soli & lunæ imperasse: deū eius uoci obediuisse. Cui ad inte/
gritatē ueri nomis ihsub tantū boc deerat: quod extrema eius aspiratio in aliā
gutturalē uersa: & Sin post Vau trāsposita est: ne creatura nomē creatoris inte/
grū ferret: putaturq; id sibi cognomento sumpsisse q̄ prius Hosee uocaret: ut tā
potētis nomis assidua recordatiōe: res memoratu dignas gereret. Quale sapiē/
tes quoq; hebræorū de Iuda Matathiæ sacerdotis filio tradiderūt posteris: qd
boc ille Machabai cognomen susceperit: eam maxime ob causam: quia in eius
nominis characterib⁹ includeret diuinus Moysi uersiculus iste: Quis similis tui
in fortibus Tetragramme: cuius perseuerante reminiscentia cōtinuo accensus:
tanta & tam memorabili uirtute cælit⁹ donabatur: ut eiuscemodi præclara ne/

gocia conficeret. Nimirum & Petri non corpus modo: sed & umbra liberabat oēs in lectulis ac grabatis expositos ab infirmitatibus suis: Et Pauli sola sudaria & semicinctia de corpore eiꝰ sublata/ægrotis languidisq; imposita in nomie isto salutari repulerūt: nō tantū oēm ualitudinē malā: sed etiā spiritꝰ nequā & illorū noxia præstygia. Certe quidem ex nulla potestate alia nisi uel quod memoriale fuerint ueri nomis ihsub: uel latens quædā attractio uirtutis eius: uel etiā numē ipsum nomis quæ est crux patibularis cui affixus est titulus tacito decreto moriētis: id est ihsub banoçri mælech baiehudim: Vel græce item: ihs o naçoræos basileus ton iudæon. Sicut enim Pentagrāmaton est spiritalis figura christi: de quo Epistola prima Corinthiēsiū differit his uerbis: Nemo potest dicere dominus ihsub nisi i spiritusancto: Ita crux eiusdē ē christi corporale signaculū. Quē admodū ergo ex duabus uita nra cōstituiē: speculatiua & actiua: quarum altera alteriꝰ societate gaudet: & neutra sine altera utiliter uigere ualet: Ita omne hoc diuinū explendæ uolūtatis nostræ munꝰ: theorica nomis Pentagrāmati: & practica crucis cōsequimur: quæ simul si iuncta fuerint: nihil in hoc ingenti orbisterræ ambitu experiemini absolutius. Separata uero: necesse sit alterū alterius extet symbolū: ut unum in signo sensibiliter & palam proferat: reliquū in intentione mentaliter gerat: utrūq; coniūgente ardenti fide. An uobis parum uidetur cum tanto fructu euadere uoti compotes? Hoc est illud uerbum mirificū quod iam pridem expectatis: uerbum portentificū: uerbū deificū: Immo deus uerbū & uerbum deus: & nomē uerbi ihsub: & uerbum nomis ihsub: & idem ihs uerbum & nomen: qui est dominus dominantiū. Hoc de psalmo. lxxxij. didicimꝰ: ubi in hebraico sic scribitur: Et sciant quoniam tu es: nomen tuum domine. Pro quo aliter in latino canimꝰ: Et cognoscant quia nomen tibi dominus. Idem ergo dei filius incarnatus: est ipsum nomen suum ihsub: quod non est aliud a nomine domini Tetragrāmato: nisi unius. S. litteræ assumptione: quæ secundam syllabam deitate primæ syllabæ perfundat: mergat & intingat: id est humanā naturam oleo effuso imbibitam: Vnde & nomen oleum id esse supra ostendimus. Vtrunq; enim apud Hebræos ab. S. incipit. Sem: id est nomen: & semen: id est oleum: quo totum ihsub nomen enūciabile fit: & stacten preciosissimam in nos usq; guttatim deriuat: & mentem nostram si debito modo apteturꝰ: ita ungendo penetrat: & leniendo mollit: & gratissimo diuinitatis liquore adeo complet: ut eius unctionem liquidior aquis limpidissimis omniū scientiarum splendores in se recipiat sicut aqua nitida: aut tersum aliquod oleo litum corpus ullos queat radios. Quare non solum mirificum: uerumetiam dici præsagiosum meretur. Super quo Ioannis Epistolam de Iesu dicentem: audite: Et uos inquit unctionē quam accepistis ab eo: maneat in uobis: & non necesse habetis ut aliquis doceat uos: sed sicut unctio eius docet uos de omnibus: & uerum est & non est mendacium. Quod consyderans Paulus: non se iudicauit aliquid scire: nisi ihsm christum & hunc crucifixum. Frustra igitur ad Ariolos & magorum arcanos antistites confugimus. & ægyptias disciplinas: & si quod est aliud superstitionis collegium: cum nos ipsi certiorem præsagij formulam teneamus: Vnius nominis familiare numen: faciles cerimonias: incredendas potentias: admirandas uices: qui totius naturæ dominium & imperium omnis secretæ uirtutis in cælo & in terra: & spiritum omnipotētiæ: nro ore gerimꝰ. De quo Hieremias in planctu loquit: Spiritus oris nri christus dns. Sed abijciamus feralia carminū secreta: & uanos furores: & exorādas artes: & philtra uim factura deis: & colchicos sucos: & dæmoniacas factiones. Platonica denicq; uolumia & umbrarū libros: & stygias cōiuratiōes: & Acheronteos ritꝰ mēbrana charta ue cōtentos Pyriphle-

getbonti: boc eſt igni focoq; tradamus: cui autores quoque ipſi a quibus hæc uanitas duxit originem: non abſq; ſempiterno ſuo cruciatu aſcripti ſunt: & nitamur deo: inq; dei filium quo uiuimus mouemur & ſumus incõcuſſam/ſincerã & ſimplicẽ habeamus fiduciã: qui de ſuo ueritatis ore nobis infallibiliter pollicendo promiſit dicens: Amẽ amẽ dico uobis qui credit in me: opera quæ ego facio & ipſe faciet & maiora hoꝝ faciet: quia ego ad patrẽ uado: Et quodcũq; petieritis patrẽ in nomine meo: hoc faciã: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo: hoc faciam. Hæc ſunt diuina teſtimonia: hæc ſacrorũ noſtrorũ monumenta: hæc ſacerdotia memoracula: hæc puriſſima ſigna: hæ noſtræ ceremoniæ paucis contentæ: facili uſu: uili apparatu. Hæc ars noſtra cælo ſublimior: tartaro profundior: libera periculis: umbrarũ hoſtis: contemptrix laruarũ: ſimulacrorũ peroſa: nec thure nec mero indigens: uniuerſis manibus/lemuribus/laruis imperitãs: oia buſta: oia ſepulcra: & ſpecies mortuoꝝ deſpiciẽs: & inania terriculamẽta & noctiũ occurſacula & inferorũ cõmeacula hilari uultu abigens: fatum & naturã uincens. Et quicquid unq̃ optamus: ſi modus a magiſtro traditus obſerueẽ/inceſſanter cõficiens & indeficiẽter adimplẽs. Fertur ille ab utero matris & ab incunabulis claudus Hieroſolymis propinquorũ manibus: & pauper uehiculo ducit: ut ante fores templi ſua mẽdicitate uictum quæritet: pietatẽq; intrãtis & exeũtis turbæ ſedulo imploret: quia pedib⁹ ſubſiſtere nequibat. Sed dicit ei Petr⁹: In nomine ihũ ſub chriſti naçareni ſurge & ambula: & exiliens ſtetit & ambulauit: ut appareat quãtum diſcipulo & magiſtri nomẽ ſuccurrit: & imitatio profuit. Magiſter uerbo uniuerſos lãguores curauit: & omnes dæmones fugauit: Sed & diſcipulus Dorcadi mortuæ dixit: Tabia ſurge: & illa reuixit. Hæc in Ioppe: auſcultate quidnam Lyddæ: Et Aeneas octo annos incumbẽs lectulo paralyticus: eodẽ Petro liberat dicente: Aenea ſanet te dñs Ihs chriſtus: ſurge & ſterne tibi: & cõtinuo ſurrexit. Paulus in Macedonia ſpiritũ Pythonis ex puella dæmoniaca eiecit his uerbis: Præcipio tibi in nomine ihũ ſub chriſti exire ab ea: & exijt eadem hora. Per manus autem apoſtolorũ fiebant ſigna & prodigia multa in plebe: qui ſic ad deum orabant: Domine da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui uerbũ tuũ in eo qd manũ tuam extẽdas ad ſanitates: & ſigna & prodigia fieri ꝑ nomen ſancti filij tui ihũ ſub: Et cũ oraſſent: motus eſt locus in quo erãt cõgregati. Hermione Philippi Apoſtoli filia & Petronij: quẽ Paul⁹ docuit diſcipula medicinã profeſſa: cunctos inuocatione ihũ ſub chriſti ſanauit. Quo etiã uerbo Theophilæ filius ille preſbyter Philotheus: & riuũ in uinũ cõuertit: & grande ſaxum dicẽdo amouit: & eſuriẽtib⁹ mox ſatietatẽ panis præbuit. Apud Hieronymũ præſbyterũ: & copia rerum & ſcripturarũ ueritate clarũ: ut arbitor: legiſtis de uita Hilarionis palæſtini: cum multa quidem admiratione digniſſima: tum illud de quodam Conſtantij imperatoris candidato ex Francia germaniæ orto: quem a teneris unguiculis dæmon malignus obſederat. Ductus igitur ille gaçam: cum ingenti comitatu & honore ad Hilarionem: exponenſq; tam Syra q̃ græca lingua: quas tamẽ nũſq̃ didicerat: multiplicem cauſam obſidionis: Et uir ſanctus reſpondit: Non curo quomodo intraueris: ſed ut exeas in nomine domini noſtri ihũ ſub chriſti impero. Sic & inuocato ihũ ſub tria puerorum cadauera & uitæ reſtituit & ſanitati. Totus liber pene rerum admirandarũ plenus eſt: ubi & cogitate cum animis ueſtris quãtam uim crucis Epidaurus dalmatiæ opidũ in illo maximo terræmotu ſenſerit: quo maria egreſſa minabant diluuium. Nam cum iam undarũ gurgite & fremitu fluctuum: & diruptis montibus mole lapidum fere ſubuerteretur: Hilarion tria crucis ſigna pinxit in ſabulo: manu contra inundationem extenta: & mox incredibili altitudine intumeſcens: ante eum mare paulatim in ſeipſum relapſum eſt. Taceo qua uirtute pyratas in

se irruentes repulit:& furentem camelum sermone Syro domuit: & Orionem inuocato ihsu ab legione dæmonum in se diuersa multitudinis uoce claman/tium liberauit. Dæmones quidem usq; adhuc cõtremiscũt: cum christi nomen inuocatur: ut ait Naçiançenus in defensorio. Neq; nostra quidem malicia euanescere fecit uirtutem tanti nominis & potestatẽ:ab eo tempore quo christus: Marco testante in Euãgelij sui calce:loquutus est: In nomie meo dæmonia eij/cient. Qq̃ ea uerba in græcis codicibus nõ habent: neq; totus etiã locus qui in/cipit: Resurgens autẽ ihsu ab mane:prima sabati:usq; in finẽ: Cui⁹ Hieronymus ad Hedibiã gallicã quoq; meminit: Et Hilarius de trinitate libro.x. nõ nihil asti/pulatur:Et Eusebius Pamphili terminũ Euangelij ibi fixit ubi scribit:Et nemini quicq̃ dixerũt: Timuerũt em̃. In Luca tamẽ absq; cõtrouersia legim⁹ qd ad ihsm septuagintaduo sint reuersi cum gaudio dicentes:Domine:etiã dæmonia subij/ciunt nobis in nomine tuo. Et ait illis: Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpẽtes & scorpiones:& super omnẽ uirtutẽ inimici:& nihil uobis nocebit. Sic Paulus in insula Meleta:quã mendosi quidam latinorũ libri uocant Mitylenen: colubrũ hærentẽ brachio in ignem illæsus excussit. Nam a Cnido Syracusas uer sus nauigãs quomodo potuisset lesbum attingere? Qd si nõ inuiti auscultatis enumerabo uobis suæ peregrinationis loca/quo fiat manifestius non Mitylenẽ sed Meletam eam insulam fuisse:in qua & circa quam terra mariq; tanta Paulus ostẽderit miracula. E Damasco abijt Hierosolymã:inde Tarsum:post ad Antio chiã. Rursus Hierosolymã & iterũ in Antiochiã:Illic segregatus in apostolatũ cũ Barnaba puenit usq; Seleuciã: inde ad Cyprũ ubi Paulus cœpit uocari: postea Pergã & Antiochiã Pisidiæ & Iconiũ & Lystrã:& Lycaoniæ Derben:& Pãphy/liã:& iterũ Pergã & Attaliã:& itẽ tertio ad Antiochiã Syriæ: & tertio Hieroso/lymã ꝓpter circũcisionẽ. Rursus q̃rto in Antiochiã: deinde trãsijt Syriã & Cili/ciã:accedẽs scd'o Derbẽ & Lystrã:ubi Timotheũ circũcidit: post intrauit Phry/giã & Galatas & Mysiã & Troiã & Neapolim & Philippos Macedoniæ:Amphi polim:Apolloniã: Thessalonicã:Berœã: Athenas:Corinthũ:Ephesũ:Cæsareã: & secũdo Antiochiã Pisidiæ: & scd'o Ephesũ: illinc peragrãs Macedoniã redijt secũdo ad Philippẽses:& iterũ ad regionẽ Troianã ubi Eutychũ suscitauit:inde ad Assum uenit & Mitylenẽ:& uersus Chium:& ad Samum:& Miletũ:& Coũ: & Rhodũ:& Patara:& Tyrum: & Ptolomeidem:& Cæsareã: & quarto ad Hie/rusalẽ:unde missus in Cæsareã & uinctus tandẽ Romã. Hoc modo: A Cæsarea quidem applicuit Sidonem: Inde Myram Lyciæ: hinc ad Cnidum: post tandẽ ad insulam quæ dicta est Meleta ubi serpentem corpori hærentem abiecit im/pune: A quo loco Syracusas ducit:& Regiũ & Puteolos:& pedestri tandẽ pro/gressu Romã:ut semper lateq; peragrãdo semper illustrior tanti nominis apud uarias nationes fieret cognitio: quippe qd uniuersi cernerent quod in uno hoc ipso uocabulo tanta hominibus rerum admirandarum concessa diuinitus atq; demandata esset potestas. Sic draconem Siluester clausit in capitolio:& Philip/pus Leuiathan in nomine ihsu fugauit. Ioannes Euangelista superato ueneno dæmonem in Dianæ templo ducentos & quadragintanouem annos cõmora/tum: his uerbis loco expulit: Interdico tibi in nomine ihsu christi naçareni: ne ultra hic habites: & confestim decessit Ephesо dæmon. Quo factum est ut iussu Domitiani:uir sanctus non sine Prochoro sodali suo in Patmon insulã exul deportaret:ubi tam ingentia per nomẽ ihsu confecit miracula: qd sacerdotes Apollinis impatiẽtia simul & futuræ desertionis formidine perculsi: rem omnẽ ad Cynopem magorum facile principem:qui desertum quendam locum iuxta Phoram eius insulæ opidum habitabat: cum stridentibus querelis deferrent.

Cynops ut hac eos molestia leuaret: pollicitus est angelos malos in Ioannem mittere: qui eum interimāt. Cunq; unum de spiritibus malignis Phorā misisset: cui crudele necis munus iniunxerat: & is domui iam Myronis illaberet: ubi erat Ioannes: mox ipse causam præuidens ait dæmoni: Interdico tibi in nomie ihsuh christi ne loco mouearis quin ante palam profiteare: cuius tu gratia ueneris: steteratq; uerbo dicto spirit⁹: quasi catena uinct⁹. Et rursus Ioannes: Age dic quare hanc domū accesseris. Respondit spiritus: quoniam sacerdotes Apollinis Cynopem cum planctu conuenere: plurima de te mala prædicantes. Hortātibus autem illis ut ad te necandum in urbem ueniret: Cynops ait multis se annis in eo heremo sedisse: ac nunq̄ certe ne maiori causa motum adijsse urbem: Proinde huius homūcionis gratia ire nunc sibi non esse integrum. Itaq; mihi præcipiens ituro iussit ut animā tuam ad se ferrem: quā iudicio tradere pararet. At contra Ioannes: Missus ne inquit prius etiam quoquā ab eo fuisti ut alicuius auferres animā? Et respōdit spiritus: Certe missus uero: & ego interfeci quoq;: sed animā nullam abduxi. Tunc ait Ioannes: quare uos illi obeditis? Et spiritus ad hæc referens: Omnis inquit potestas Satanæ illic inhabitat: & cōiurationem inijt cum uniuersis principatib⁹ & pariter nosipsi cum eo: & obedit nobis Cynops: & nos uicissim obedimus ei. Dixitq; Ioannes: Ausculta maligne spiritus. Iubet te Ioannes Apostolus filij dei ihsuh christi nunq̄ deinceps egredi ad insidias hominis: neq; ab isto loco recedere. Quia uero ad Magum ille nō redijt: alterū misit: qui simili mansit euentu. Misit iterum duos ex principibus: quorum alter domū ingrediebatur: alter foris astabat: ut quid esset futurum spectaret. Sed qui introibat pari præcepto mansit: qui uero ad fores stabat ut Mago factum annūciaret uelociter redijt. Super quo Cynops furore accensus/uniuersam assumens cohortem dæmonū abijt in urbem: totaq; ciuitas plaudebat Cynopem uidens: & omnes adorabant illum. Vbi uero accepit Ioannem publice docere: ibi fumo iracundiæ ardenti repletus est: populoq; dixit: Viri cæci & errantes: ueritatis uiam auscultate. Si probus sit Ioannes: & recta fuerint eius uerba: tam uos q̄ me curabit per sermonem quem loquar ad eum. Ego quoq; ipse credam dictis & factis eius: arripiensq; adolescentē quēdā: rogauit nū pater su⁹ uiueret? Adolescēti autem qd̄ mortuus esset respōdenti: ait: qua morte? At ille: quia nauta erat & in mari quōdam ui fluctuum suffocatus interijt. Tum Cynops ad Ioannem uersus: Iam inquit ostēde si uera sint quæ prædicas: & reduc adolescentis huius patrem de mari: eumq; puero isti uniuersisq; nobis restitue uiuentem. Cui respondit Ioannes: Non me christus misit ut suscitem mortuos: sed ut doceam aberrātes. Tunc Magus erga plebem iactabūdus hæc uerba fecit: Iam iam cernitis uiri Phorenses quod seductor est hic homo qui uos magicis illusionibus seducit: Apprehendite ac tenete eum donec restituam adolescenti patrem uiuentem. Tenuerunt itaq; Ioannem. Cynops autem expansis palmis ad litora maris supplodens: sonitum quasi fragorem ingentem effecit in mari: sicq; ab oculis illorū disparuit. Omnes igitur astātes eleuata uoce acclamabāt: Magnus es Cynops: & nemo est præter te. Mox ascēdit de aquis Magus habens ut ipse dicebat parentē pueri: & attoniti stupuerunt omnes. Dixitq; puero: Est ne hic pater tuus? Qui respōdit: Vtiq; domine: ipse est: adorabātq; Cynopē uniuersi: & cōstituerunt Ioannē interficere: Quod Magus ꝓhibuit dicens: postq̄ multo his maiora uideritis: tū deniq; pessime affligite illū. Vocāsq; ad se quēdā aliū: quē rogabat: Filiū ne hēs? At ille ait: Certe dn̄e habui: sed cæde ac insidijs necat⁹ ē. Cui Mag⁹ Reuiuiscet fili⁹ tu⁹: & uoce ꝓlata uocauit ex noie tā homicidā q̄ interēptū: & cōfestim astiterūt ambo sil: dixitq; uiro illi Cynops: Hiccine fili⁹ ē tu⁹: & iste ne est

iracundiæ ardenti repletus est

qui interficit eum? Respōdebat homo: Quin certe domine: & intuens loannē magus: quid miraris inquit? Cui ille. Ego ait super his nequaq̄ miror. Et rursum magus: Maiora his uidebis & tunc admiraberis. Ad quē loannes sic locut⁹ est: Profecto signa tua cito dissoluent̄. Quem sermonē audiēs turba: sanctū uirum ita compressit ut quasi mortuus caderet. Arbitratus aūt eum Cynops iam mortuū exclamauit: Nolite ipsū sub terrā sepelire: quatenus uolucres cæli deuorēt eum: & uideamus tunc si christus eius resuscitet illum. Firmiter ergo singuli eū esse mortuum opinati/abierunt unacum Cynope laudantes & eum amplissime glorificantes. Cū uero Magus audiret qd̄ loannes abijsset ad locum in urbe qui dicitur Lithobolus: ut illic prædicaret atq; doceret: accessit rursus cum suis dæmonibus quorū ministerio Necromantiam agebat/ nō sine consequētium hominū caterua multa: Inter quos mixti gradiebant̄ quoq; hi tres resuscitati: qui cum dæmones essent: homines putabant̄. Et dixit ad loannē Magus: Ecce prohibui te occidi: ut maiori te uerecūdia possim afficere: & ignominia faciē tuā replere. Quapropter ueni Sodes ad portū ut aspicias potentiā meā: & ampli⁹ admiraberis. Igit̄ loannes cum uniuersa multitudine redijt: præcipiens tribus illis dæmonibus qui sub imagine hominū nuper resurgentiū comitabant̄: ne discederēt. Cōcussis itaq; manib⁹ & terribili mari sonitu peracto/Cynops se ut antea demisit in mare: atq; sic ex oculis omniū euanuit: qui clamare nō cessabant laudando dicentes: Magn⁹ es Cynops & nemo est præter te. loannes interim orabat ad dominū ut Magus ille inter uiuos ultra nequaq̄ cōnumeret̄. Tū repente uehemēs est pelagi murmur auditū: & procellis ingruētibus ei loco ubi se præcipitauit: rusq̄ apparuit. Et dæmones qui sub humana figura stabant: quasi iam pridē resuscitati a mortuis: adiurabant̄ ab Apostolo dei dicēte: In noie crucifixi ihsu christi hanc insulā exite nunq̄ redituri. Statimq; ab uniuersorū disparuerunt oculis expectantiū Cynopa si forte de freto resurgeret. Cūq; istic triduum atq; trinoctiū ipsum pmansissent: plurimi eorū fame/strepitu ac æstu infirmati & cadentes tanq̄ muti iacebant in terra. Ex quibus tres adolescentes mortui sunt: quos loannes miseratus tandē suscitauit: prædicans populo quæ ad salutē conducūt. Illi appropinquātes christo: baptiçati sunt: relicto Mago quasi altero Pharaone in ꝓfundo maris. Possem ego longe plura uobis de illo sancto Euāgelista recitare: & quales & quātas uirtutes nostri huius sacratissimi & mirifici nominis ostēderit & terris & alto: Et quonam modo ex insula defuncto Imperatore Domitiano rediens: suā & sanctorū hospitā Drusianā uita defunctā a mortuis excitauerit sola uoce hac dicēs: ihsu christus excitet te Drusiana: surge & uade domū mihi paratura cœnā. Sic & Thomas Apostolus mulierē diu mortuā suscitauit. Et in nomine ihsu Bartolomæus simulacrū solis cōminuit & dæmonē indeuisibiliter expulit. Sed totus me dies deficiet etiam recens ortus: & uos ex tam porrecto sermone tedio forsitan afficiemini. Hæc tantū ꝓposuisse satis sit: ut intelligatis quoniā sicut pater est in filio: & filius in hominib⁹: Ita nomē patris clarificatum est per filium: & nomen filij clarificatū est per homines: & unum est filij & patris nomen excepta consonante littera: sicut filius & pater unum sunt excepta humanitatis natura. Quapropter uere dixit: O pater manifestaui nomen tuum hominibus: quia uerba quæ dedisti mihi dedi eis: ut sint unum: sicut & nos unum sumus. Ego in eis & tu in me: ut sint consummati in unum: & notum feci eis nomen tuum: & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in ipsis. Non uos inertes iam estis: quoniam omnis stupendæ operationis & rerum omniū mirandarum doctrinam perfectam audistis. Hic eius artis locus: hoc fundamentū: hæc disciplina est: hic lapis philosophorum: Longe quidem eum exuperans de quo Archimici errantes contendunt. Hæc uox est.

Hi ſunt characteres quibus inuocatur omnipotentia rebus ſupra cõmunem uitæ modum agendis. De quo Zacharias: Ipſe inuocabit nomen meũ: & ego exaudiam eum. Tribus characterib⁹ in tempore naturæ: & quatuor characteribus in tempore legis: & quinq; characterib⁹ in tempore gratiæ: inuocata eſt diuina omnipotentia. Locutus eſt enim dominus ad Moyſen dicens: Ego ſum Tetragrãmus qui apparui Abraham: Iſbac & Iacob in deo Sadai: & nomẽ meũ Adonai non indicaui eis. Et ſequitur: Et aſſumam uos mihi in populum & ero ueſter deus: & ſcietis quia ſum Adonai. Audiuiſtis Moyſen: audite Euangeliſtam & Apoſtolum dei. Hoc eſt inquit mandatum dei ut credamus in nomine filij eius ihsu chriſti. Iungite uniuerſa hæc: & cognoſcetis facile omniũ potentiſſimam uſq;quaq; apparuiſſe uirtutem & operationem ſemper efficaciſſimam: per nomen auorũ Trigrammaton: & patrum Tetragrãmaton: & filiorum Pentagrãmaton: id eſt in natura. SDI. In lege. ADNI. In charitate. IHSVH. Nunc enim filij dei ſumus: iccirco quinq; litteris utimur: propter eum in quem credimus: & quem inuocamus mediatorem dei & hominis: eundemq; deum & hominẽ: dei ſummi brachiũ & potentiam: quod nobis ſatis ſuperq; de numero quinario beri Barachias reuelauit. Si uultis igitur ſecure omnia operari/ haud ab re ut Paulus Coloſſenſibus: ita ego uobis conſulo. Quodcunq; facitis in uerbo & in opere ut omne id in nomine domini noſtri ihsu chriſti faciatis. Hoc eſt ſalutiferũ: hoc medicamentũ: quinpotius hæc ſalus noſtra & medela. Sic de ſanitati reſtituto Petrus loquit̃ ad principes populi & ſeniores Iſrael: Notum ſit omnibus uobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine domini noſtri ihsu chriſti naçareni: quem uos crucifixiſtis: quem deus ſuſcitauit a mortuis: In hoc iſte aſtat coram uobis ſanus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hoc eſt atrium: hæc porticus: hoc oſtium: hæc prima ianua ad deum: qui præcepit: Sanctificamini: mũdi eſtote. Hoc eſt lauacrum quo mũdamur corã deo a ſordibus. Quod Corinthienſib⁹ Paulus notificat: Abluti eſtis: ſanctificati eſtis: & iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri ihsu chriſti. Et diſcipulus ille: Scribo inquit uobis filioli: quoniam remittunt̃ uobis peccata propter nomen eius. Hæc eſt adoptio noſtra: Dedit enim deus facultatem nobis filios dei fieri: qui credimus in nomen ipſius. Sic enim græce ponitur: & nõ ut uulgo legitur: In nomine eius. Hæc eſt retributio noſtra. Nam quiſquis potum aquæ tribuerit in nomine illo: nõ perdet mercedem. Et omnis qui dereliquerit domũ uel fratres: aut ſorores: aut patrem: aut matrẽ: aut uxorem: aut filios: aut agros propter nomẽ illud: centuplum accipiet: & uitam æternam poſſidebit. Hæc eſt expletio uoluntatis noſtræ. Promiſit nanq; chriſtus ſic dicens: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Hæc eſt conſolatio noſtra. Paraclet⁹ enim id eſt conſolator & hortator ſpirituſſanctus mittitur a patre nobis mortalib⁹ in nomine ihsu. Hæc uita noſtra: quod ſcribit Euangeliſta: Vt ſciatis quoniã uitã æternam habetis in nomie filij eius. Hæc eſt religio: hæc reuerentia noſtra: Vt in nomine ihsu omne genu flectatur/ cæleſtiũ/ terreſtriũ & infernorũ. Hæc eſt ultio & uindicta contra impios: qui actutũ cõdemnati ſunt: quia non credunt in nomẽ unigeniti filij. Hæc eſt pijs læticia pfecta: Vſq; modo nõ petijſtis quicq̃ in noie illo: Petite ut gaudiũ uſm ſit plenũ. Hæc ẽ adiuratio & exorciſm⁹ uehemẽs atq; fortis: Obſecro uos fratres p nomẽ dñi nri ihsu chriſti. Hæc eſt audacia: hæc fiducia nra. Paul⁹ em̃ in Damaſco cũcta fiducialit̃ egit i noie ihsu: & redijt cũ diſcipulis intrans & exiens in Hieruſalẽ: fiducialiter agens in noie illo. Quid plurib⁹? Hæc eſt præſentia dei qui ait: Vbicunq; duo uel tres cõgregati ſunt in nomine meo: ibi ſum in medio eorũ. Sed credite mihi non eſt chriſtus ſine cruce. Illius crux noſtra uictoria eſt. Et Moyſes erectis manibus præfigurauit crucẽ

& uincebat Amalech:Et apud Ezechielem Tau crucis saluauit cõsignatos. Qq̃ crux apud antiquissimos: ut in quodam Arabum collegio contineri scribit: uetus magorũ character sit: quia tamen absq; ihsu sub nomine : nullas eius uirtutes efficaces legimus:Iccirco rectissiue ihsm cum cruce:& crucem cum ihsu Martini antistitis testimonio & quærimus & inuenimus.Hoc est signum filij hominis quod uidebit in cælo.Hoc est lignũ secũdũ paradisi:lignum uitæ:lignum suaue ad uescendũ : & pulchrũ oculis & aspectu delectabile: non uetitũ sed oblatum: Quocũq; die comederitis ex eo aperiẽtur oculi uestri & eritis sicut dij. Hoc est lignũ mirificũ quod dominus Moysi ostendit:per quod aquas amaras cõuertit in dulcedinem.Sic enim legitur:Et murmurauit populus cõtra Moysen dicẽs: Quid bibemus? At ille clamauit ad dominũ:qui ostendit ei lignum. Quid opus erat in deserto Sur & nemorosa solitudine lignũ ostẽdere/cui tot erãt arbores/rami/trunci/robora/uirgulta præsto & ad manũ? Sed in hebraico uerbũ ponit hoc loco:quod instituere/demõstrare/docere & legem ponere significat:Quo intelligi queat deum secreta quadam doctrina prophetæ suo huius crucis quæ simili uocabulo apud hebræos nominat uirtutẽ reuelasse. Quapropter non dicit scriptura:Sume tibi lignum:Sed ostendit illi deus lignum:quod legi sic posset:Instituit eum dominus de cruce uel demonstrauit illi deus crucem.Hæc est illa facies quã propheta regius desyderat super lilijs seu rosis: hoc hemistichio modulatus: Ostende faciem tuam & salui erimus. Qd si aut philosophorũ Pythagorica:aut hebræorũ Cabalistica non displiceant:inuenietis idem:statuam: lignum: crucem & faciem tuam: fore: super qua Dauid clamantem audistis ad dominũ. Cum cruce igitur & non sine cruce omnis nostra facilis operatio erit. Qui secus agunt:operã perdunt & impensam: frustra laborãt:& periculo sunt proximi:& uanitatis suæ damna patient. Temptauerũt ergo quidã & de circũcuntibus iudæis exorcistis:inuocare super eos qui habebant spiritus malos:nomen domini ihsu dicentes: Adiuro uos per ihsm quem Paulus prædicat. Respondens autẽ spiritus nequam dixit eis: ihsm noui & Paulũ scio: uos autẽ qui estis? Et insiliens homo in eos in quo erat dæmoniũ pessimnũ:& dominat9 amborũ inualuit cõtra eos:ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa.Hæc in libro secũdo Lucæ scripta sunt.Proinde nõ seruantes modũ crucis: & legem fidelibus consciam:nihil admiratione sed pœna dignũ operabunt. Verbum nãq; uel ratio crucis perditis quidem stultitia est : Saluatis autẽ: id est nobis dei uirtus est. Quale uero sit hoc ipsum uerbum crucis : & quæ sit illa ratio: doctissimi uiri:hoc grande uel poti9 maximũ ẽ uerbi mirifici & secretissimũ mysteriũ.Cui9 Areopagita Dionysi9 i Ecclesiastica hierarchia paucis meminit. Quæ cũ deceat arcana scilicet uelamẽta & secretissima symbola nõ in aurã spargere : sed magis in aurem susurrare: Accedas uelim propi9:Sidoni: ut te afflatu inspirẽ: Tenes? Et ille: Teneo inquit. Tũ CAPNION:Sile:cela:occulta:tege:tace:mussa.Et tu BARVCHIA: præbe aurẽ quoq; nihilomin9. Accepistin recte? At ille:Ego quidẽ belle satis. Et tibi quoq; CAPNION:ueto ait in uulgus prodere.Nam quicquid hoc modo petieritis:fiet uobis.Nũc igit abibo. Valete bona ualitudine:& uerbum mirificũ perq̃ diuiniter colite.

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO LIBER TERTIVS FINIT FOELICITER.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg